Scriptores erotici graeci

v. 1

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
ΕΡΩΤΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΑ Η

ACHILLIS TATII
ALEXANDRINI
DE
CLITOPHONTIS ET LEUCIPPES
AMORIBUS
LIBRI VIII
GRAECE ET LATINE

TEXTUM RECOGNOVIT, SELECTAMQUE LECTIONIS VARIETATEM ADIECIT

CHRIST. GUIL. MITSCHERLICH
PROFESSOR GOTTINGENSIS

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIƆIƆCCXCII

PRAEFATIO.

Cum Erotici scriptores Graeci ab iis fere evolvi soleant, qui iam accurata Graecae linguae scientia, iudicioque, lectione veterum scriptorum subacto atque polito praediti hoc solum agant, ut, quid ab hac parte sequioris aevi scriptores praestiterint, qua arte antiquiores imitando expresserint, vel quomodo, a recto tramite devii, seculi sui sordes prodiderint, atque immiscuerint, omninoque orationis, sententiarum, compositionisque rationem cognoscant; hoc sibi muneris unice impositum existimabit is, qui ad edendos eos animum adiicit, ut textum, quem vocant, quoad eius fieri possit, emendate expressum exhibeat, qui adeo absque ulla gravi offensione tractari atque perlegi possit. Primum igitur, cum hanc spartam susciperem, idque unicum datum mihi negotium credidi, ut contextum librariorum hallucinationibus typothetarum-

que vitiis, quibus priores editiones scatent innumeris, purgatum exhiberem, probisque vel Codd. lectionibus, quas ab interpretibus allatas reperissem, vel adeo virorum doctorum coniecturis, quae firmo satis talo incedere viderentur, locum in eo facerem. Quo tamen in genere, ut temeritatis crimen effugerem, emendatioris lectionis fontem in notis diligenter apposui. In quibus omnino secutus sum hoc, ut virorum doctorum rationes, quibus novam seu potius antiquam Achilli lectionem assererent, cum ipsorum fere verbis afferrem, meumque qualecunque iudicium interponerem. Raro meas in contextum admisi emendationes, meamque potius collocandam operam statui in hoc, ut orationem, nova interpunctione facta, melius constituerem, atque expedirem, quam ab hac inprimis parte laborare viderem. Supersunt tamen nonnulla loca, quae vel a Codicibus melioris notae, vel a viris doctis, qui in hoc scriptore periculum criticum facere volent, adhuc medicinam exspectant; in quorum maxime gratiam Cruceii versionem, e bono Codice factam, quae adeo indagandae verae lectioni viam aperire possit, adiici curavi. Denique, quo rectius lectores de totius operis summa, artificio, atque compositione iudicare possint, argumentum huius fabulae e Bibliothecae Criticae Amstel. T. I, Parte II, p. 44, delibatum in ipsa libri fronte apponi iussi. Ex eadem Bibliotheca observationes quasdam, quae nostro scriptori

novam passim lucem affundunt, cum suo loco omiserim, hic apponere non gravabor:

Lib. I, cap. 6. Τῇ γαστρὶ μετρήσαντες τὴν ἡδονὴν, est dictio Demosthenica ex Or. p. Corona p. 324, τῇ γαστρὶ μετροῦντες, καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν· quod multi imitando expresserunt; v. c. Cicero Nat. Deor. I, 40, *quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri.* Plutarch. T. II, p. 97. D. Herodian. Hist. I, 6, 2: ὅσοι τε κόλακες τραπέζης, καὶ τὸ εὔδαιμον γαστρὶ καὶ τοῖς αἰσχίστοις μετροῦσιν. Theodoret. de Provid. IX, p. 214.

Ibid. cap. 9. Τὸ σύνηθες τῆς κοινωνίας εἰς χάριν αἰδεσιμώτερον. Sunt Cliniae verba consolantis Clitophontem impatienter amantem. Χάριν pro venereo amplexu accipiendum esse, res ipsa suadet, & ita exquisite loquuntur. Sed quid sibi vult, *consuetudo quotidiana maiorem venerationem ad complexum venereum habet?* Vitium est in αἰδεσιμώτερον, in quo licet Eclogae Maximi & Antonii consentiant, ubi hic locus exstat p. 566, tamen corrigendum ἀνυσιμώτερον, i. e. vim habet ad conciliandam venerem. Eleganter haec vox dicitur de persuadendo. Plutarch. T. II, p. 442. C. ἀγωγαῖς, τὸ πειθήνιον ἁπάσης ἀνάγκης καὶ βίας ἐχούσαις ἀνυσιμώτερον. Lucianus T. III, pag. 145: ἀνυσιμώτατον — εἶδος διαβολῆς, calumnia, cui facile creditur. Aristaen. I, 15: οὐδὲν — πιθανώτερον πέφυκεν, οὐδ' ἀνυσιμώτερον Ἀφροδίτης.

Lib. II, cap. 31, in capienda fuga dicitur, ὄχημα δὲ εὐπρεπὲς ἡμᾶς πρὸ τῶν πυλῶν ἐξεδέχετο. Cui autem bono *pulcher currus* erat? Lege εὐτρεπὲς, paratus.

Ibid. cap. 35, cum Menelaus dixisset inter alia de puerorum amore, καὶ τὸ κάλλος αὐτοῖς (παισὶ) δριμύτερον εἰς ἡδονήν· reprehendit eum Clitophon his verbis: ποῖ δριμύτερον — ὅτι παρακύψαν μόνον οἴχεται. Reponendum vero ὅγε pro ὅτι.

Lib. VI, *cap.* 20, de Therſandro dicitur, *ἀτυχήσας δὲ, ὧν ἤλπισεν, ἀφῆκεν τῷ θυμῷ τὰς ἡδονάς.* Interpres in ſuo Codice videtur habuiſſe *τοῦ θυμοῦ*, cum vertit: *conceptarum animo voluptatum oblitus.* Vulgatam lectionem quis ita interpretari poſſit, *conceſſit voluptates irae:* at nos quidem pro *ἡδονὰς* corrigimus *ἡνίας.* Eadem forma p. 270 de Therſandro dictum erat.

Ibid. cap. 21, in verbis Leucippes ad Therſandrum: *οὐδὲ τὴν Ἄρτεμιν, εἰπέ μοι, τὴν σὴν φοβῇ; ἀλλὰ βιάζῃ παρθένον ἐν πόλει παρθένου*; pro *εἰπέ μοι*, corrigendum videtur *ἐπ' ἐμοὶ*, *mea cauſa.*

Lib. VIII, *cap.* 8, Therſander vocat Clitophontem *ἐν ἀνδρὸς χώρᾳ τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν, οὐκ ἐν μοιχοῦ μόνον καθεστηκότα.* Levi mutatione legendum *κατεσχηκότα.*

NOTITIA LITERARIA
DE
ACHILLE TATIO

ex Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca, Lib. V, cap. 6.

Achilles Tatius (velut Tatii libertus, vel filius, ut Salmasio [1] placet) apud Suidam [2] Στάτιος, Alexandrinus, Ethnicus primum, post Christianus, ac, si eidem Suidae credimus, Epi-

1 Immo Tatii libertum fuisse hunc Achillem censebat Salmas. in notis ad I, 1. Contra Tatii filium habebat Casaub. ad Athen. Animadv. II, cap. 15, p. 113.

2 Voc. Ἀχιλλεύς· Ἀχιλλεὺς Στάτιος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ γράψας τὰ κατὰ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ ἄλλα ἐρωτικὰ, ἐν βιβλίοις η΄. γέγονεν ἔσχατον Χριστιανὸς καὶ ἐπίσκοπος. ἔγραψε δὲ καὶ περὶ σφαίρας, καὶ ἐτυμολογίας, καὶ ἱστορίαν σύμμικτον, πολλῶν καὶ μεγάλων, καὶ θαυμασίων ἀνδρῶν μνημονεύουσαν. Ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ κατὰ πάντα ὅμοιος τοῖς ἐρωτικοῖς. Rhetorem eum vocat Thomas Mag. v. ἀναβαίνω· Ἀχιλλεὺς ὁ ῥήτωρ ἐν Λευκίππῃ. Eundem, ethnicum adhuc, hanc de Clitophontis & Leucippes amoribus composuisse fabulam contendit cum Salmasio postremus eius editor, Boden. Insunt tamen nonnulla, quae hanc opinionem elevent, & Christianum satis diserte prodant. Quo pertinere arbitror voc. οὐρανοῦ in plurali numero adhibitum, & alia, quae lector paulo attentior facile animadvertet.

ſcopus, incertae admodum aetatis [1], praeter librum περὶ σφαίρας [2], cuius pars hodieque exſtat ſub titulo *Iſagoges in Phaenomena Arati.* ſcripſit etiam libros VIII Ἐρωτικῶν τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, ſive *de Amoribus Clitophontis & Leucippes.* Laudatur a Photio Codice LXXXVII & XCV & CLXVI; Mich. Pſello apud Allatium cap. 4 de patria Homeri p. 1753; & a Iohanne Phoca in Allatii συμμίκτοις p. 10, cui dicitur ὁ τὴν Λευκίππην γράψας. Exſtat & MS. in Bibl. Io. Mori Elienſis Epiſcopi n. 219. Photii (vel Leonis Philoſophi potius) iambos decem [3] in hos Tatii libros ex inedita Epigrammatum Graecorum Anthologia Salmaſius ſuae Tatii editioni praefixit.

Latine primum lucem viderunt *Annibale Cruceio*, Mediolanenſi, interprete, Baſil. 1554, 8. Deinde Graece e Codice Palatino vulgavit, Cruceiique translationem adiunxit *Io. Commelinus* [4].

1 Seculo tertio vel quarto, certe poſt Muſaeum vixiſſe videtur, cuius poëtae dictionem haud raro preſſe admodum ſecutus eſt, notante iam Schradero ad Muſaeum.

2 De quo vide Fabric. L. III, cap. 5, §. 23.

3 Hoc carmen in Anthol. Reisk. p. 126, ita, adhibita medela, legitur:

Ἔρωτα πικρὸν, ἀλλὰ σώφρονα βίον,
Ὁ Κλειτοφῶντος μὲν παρεμφαίνει λόγος,
Ὁ Λευκίππης δὲ σωφρονέστερος βίος
Ἅπαντας ἐξίστησι, πῶς τετυμμένη,
Κεκαρμένη τε, καὶ κατηχρειωμένη,
Τὸ δὴ μέγιστον, τρὶς θανοῦσ᾽ ἐκαρτέρει.
Εἴπερ δὴ καὶ σὺ σωφρονεῖν θέλεις, φίλος,
Μὴ τὴν πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν,
Τὴν τοῦ λόγου δὲ πρὸς τὸ συνδρομὴν μάθε,
Νυμφοστολεῖ γὰρ τοὺς ποθοῦντας ἐμφρόνως.

4 Commelino, antequam opus finiretur, mortuo, ad finem perduxere illud *Iudas* & *Nicolaus Bonnvitii* nepotes ex ſorore. Lacunas habet haud paucas, & in extremo libro p. 210 & 211 duae fere paginae deſiderantur.

Heidelbergae a. 1601, 8. Emendatiorem ab eo tempore editionem debemus *Claudio Salmasio*, Lugd. Bat. 1640, 12; qui usus Codice Thuanaeo, & collatione duorum exemplarium bibliothecae Christianissimi regis, tum Codice Casauboni, qui est in bibliotheca reg. Angliae, atque comparatione Codicum Romani ac Florentini, tantam in illis varietatem reperit, ut non dubitet, duas olim ἐκδόσεις huius scripti ab ipso Achille prodiisse. Idem Salmasius Graecis a se recensitis adiunxit iam dictam Cruceii (qui male Cruccius apud Vossium p. 315 de Hist. Graecis audit) versionem, & in calce libri breves notas, in quibus varias lectiones persequitur, & interpretem subinde castigat.

Salmasio successit *B. G. L. Boden*, Professor Vitebergensis, qui Achillem Tatium varietate lectionis, notisque Salmasii, Carpzovii, Bergeri ac suis illustratum prodire iussit Lipsiae a. 1776, 8, apud I. Fr. Iunium. Textum fere dedit Salmasianum, suasque coniecturas, paucas admodum, & satis leves, in notis reposuit, ne forte, ut ipse ait, obtrudantur auctori, de quibus nunquam somniasset. Versatur maxime eius opera in comparandis aliorum Eroticorum scriptorum locis similibus, & hactenus non omni laude destituta est. Carpzovii observationes, peculiari antea libro editae [1], neque emendando neque illustrando auctori inserviunt. Quod idem fere valet de Bergeri notulis, in quibus raro acumen criticum deprehendas.

Gothofredus quoque Iungermannus novam

1 Observationum philologicarum in Palaephatum periculum: accedunt aliae animadversiones in nonnulla Musaei & Achillis Tatii loca. Lipsiae 1743, 8.

Tatii editionem verſionemque molitus fuiſſe cognoſcitur ex literis Gruteri, quae leguntur inter Gudianas p. 210.

Gallice prodiit, Anonymo (Franciſco Belleforeſto forte, v. A. Verdier Bibl. Gall. p. 5, & Crucimanium p. 9) interprete, Pariſ. 1568, 1575, 8; & huius ſec. a. 1735, ſub titulo: *Les Amours de Clitophon & de Leucippe. Traduction libre du Grec d'Achilles Tatius avec des notes, par le Sieur D*** D***. à la Haye, chez Iſaac Beauregard*, 1735, 8. Aliam a. 1733 memorat Boden in praef. p. XI, quae Amſtelaedami prodierit.

Italice, interprete Coccio, ſub titulo: *Achille Tazio Aleſſandrino dell' Amore di Clitofonte e Leucippe, tradotto di Lingua Greca in Toſcana dal Sig.* Franceſco Angelo Coccio, *con nuova aggiunta di Sommarii a ogni Libro e una Tavola copioſiſſima di tutto quello che nell' opere ſi contiene. In Fiorenza per Filippo Giunti MDIIC*, 8.

Anglice quoque prodierunt Erotica Tatii Oxonii 1638, 8.

Denique Teutonico idiomate Tatium reddidit Seyboldus, V. Cl. Profeſſor Buxovillenſis.

ARGUMENTUM

FABULAE.

Hippias Tyrius bis matrimonium inierat: ex priore filium Clitophontem, ex posteriore filiam Calligonen susceperat. Hos liberos cum mutuo inter se matrimonio coniungere vellet, iamque fere in eo esset, ut nuptias eorum celebraret, veniunt Byzantio Tyrum fratris eius Sostrati uxor Panthia, & Leucippe filia. Clitophon, qui hucusque sororem satis amasset, neque ab eius coniugio abhorruisset, repente mutatur Leucippes adspectu: ad hanc toto animo convertitur, a Calligone avertitur. Ignis conceptus quotidie crescit, videndo puellam, colloquendoque cum ea; sed quomodo ea potiretur, non inveniebat, inops quippe consilii & recens in amore. Quod quidem partim edocetur a Clinia consobrino, duobus annis maiore, eodemque amoribus haud inexercitato iuvene; partim adiuvatur Satyri, summae servi astutiae, opera. Habebat autem Leucippe, ut summam formae pulchritudinem, ita ingenium haud superbum atque durum, sed suave, humanum, atque elegans; unde obsequio & amore Clitophontis paulatim vincitur, eumque vicissim amare incipit. Fit etiam, quo liberior Clitophontis animus a destinatis ei Calligones nuptiis esset, ut ea raperetur a Callisthene, Byzantio iuvene. Persuaderi sibi patitur, a Clitophonte, Leucippe, ut eum noctu clam ad se recipiat. Et quamquam in eodem cum matre cubiculo dormiret, quae filiae pudicitiam & ipsa omni cura, & servorum vigiliis, & forum claustris custodiebat, totam tamen istius diligentiam fefellit Satyri astutia, qui eius sibi ancillam Clionem conciliaverat. Intromittitur Clitophon: sed nondum amplexus erat puellam, cum mater, somnii visu exterrita, repente

ad filiae lectum se proripit. Ille vix effugiendi tempus habet, tamen ita evadit, ut a Panthia non cognosceretur. Haec vero ira atque dolore incensa, servos clamare, omnia turbare, quaerere, quis in cubiculo adfuerit, Leucippen increpare, conviciari, Clionem in quaestionem tradere velle, ut cruciatibus ex ea veritatem extorqueat. At Clio commodum fuga se subduxerat, ut Panthia nil certi comperire posset. Leucippe, suspicionum matris criminationumque quotidianarum pertaesa, tandem fugae consilium capit, & cum Clitophonte communicat. Parat omnia Satyrus, eluditur matris custodia, clam domum egrediuntur noctu, currum conscendunt, &, socio Clinia, Berytum perveniunt, ibique navem nacti, quae iam in eo erat, ut ex portu solveret, Alexandriam tendunt. Erat forte in eadem navi Menelaus Aegyptius, liberali adolescens ingenio, & honesto loco natus, quocum eos in convictum amicitiamque conciliat itineris societas. Sed cum per aliquod tempus prospero usi fuissent vento, oritur subito gravissima tempestas, quae navem diu misere agitatam scopulo tandem illidit ac dissolvit. Reliqui omnes undis obruuntur: una prorae pars ea, qua Clitophon solus cum Leucippe consederat, integra manet, & Pelusium appellitur. Ibi, refectis corporibus, navem conducunt, & Alexandriam petunt. Tenebant vero illo tempore pastores regiones inferioris Aegypti palustres, easque latrocinio infestabant. Hi navem intercipiunt, spoliant, Clitophontem ac Leucippen vinciunt, & cum reliquis captivis custodiunt. Quae calamitas quamvis, ut erat, maxima esset, alia tamen velut malorum cumulus accessit. Oraculo monebantur latrones, exercitum lustrare captae virginis sacrificio. Statim accurritur ad Leucippen: abstrahitur reluctans a Clitophonte, nequidquam & ipso reluctante. Interea superveniunt Aegyptiae legiones, emissae a praefecto ad coërcendos delendosque latrones, eosque in fugam vertunt, intra paludes reiiciunt, & cum aliis captivis Clitophontem etiam ex eorum potestate eripiunt. Pastores nil prius habent, quam, ex oraculi iussu, sacri-

ficio defungi. Struitur ara, adducitur a duobus iuvenibus Leucippe, caeditur, & eodem loco terra continuo conditur. Atque haec omnia in conſpectu Aegyptii exercitus & Clitophontis peragebantur, qui virgini opem ferre, propter interiectam foſſam, non poterant. Clitophon ſtupefactus & fere enectus ſpectaculi atrocitate, cum primum ad ſe rediit & congeſtam vidit foſſam, currit eo, ubi Leucippen caedi viderat, ut ſe eo ipſo loco interficeret. Iamque gladium admoverat iugulo, cum derepente exſiſtunt Satyrus & Menelaus, qui eum amplexantur & a mortis conſilio ad vitam revocant: Leucippen enim vivere: omnia ei exponunt: ut ex naufragio enatarint: ut in paſtorum manus inciderint: ut, agnita Leucippe, ab eorum duce ſacrificii peragendi provinciam popoſcerint & impetraverint: qua eos inſpectantes arte eluſerint, ut, cum iugulatam putarent virginem, ea tamen viva manſerit. Et Leucippen quidem continuo protrahunt ex loculo, quo condita erat, eique reddunt. Hoc tum primum fuit tempus, quo libere ſolus cum ſola eſſet; itaque veneris tandem fructum percipere vult. Contra dimovet eum puella, dicens, Minervam ſibi pridie, quam ſacrificanda eſſet, apparuiſſe, ſalutemque promiſiſſe ea conditione, ut virginitatem ſervaret, donec ab ipſa Dea Clitophonti dicaretur. Haud multo poſt eam deperit Charmides militum dux, eaque potiri intemperanter cupit. Quem dum differunt Satyrus & Menelaus, Leucippe in furorem incidit ex philtro, quod ei Gorgias miles, ipſe quoque eius amore captus, miſcuerat. Mox Charmides & Gorgias a paſtoribus caeduntur: liberataque erat ab eorum poteſtate Leucippe, non item a furore. Ingraveſcebat quotidie mali vis, donec eius originem aperit Chaereas miles, medicumque adducit, qui virginem ſanitati reſtituit. Veniunt Alexandriam, comite Chaerea. Hic quoque eius amore incenſus, rapere puellam ſtudet. Invitat eam cum reliquis domum ſuam, in Pharo inſula. Eunt contra Menelai conſilium & ominum quoque monita. Neque vanus fuerat metus: nam inter coenandum, velut aliud agens,

primum ſurgit Chaereas, tum irrumpunt latrones, qui Leucippen abripiunt, in navem imponunt, & remis veliſque aufugiunt. Clitophon ab inſulae praefecto auxilium poſtulat, & navem ab eo impetrat armatam, qua latrones perſequatur. Hi cum perſequentium vim velocitatemque effugere non poſſent, iamque teneri ſe viderent, callido ſe conſilio expediunt. In puppis enim tabulata mulierem adducunt in adverſariorum conſpectum, ei caput abſcindunt, truncumque in mare proiiciunt, his verbis ad Clitophontem ſocioſque clamantes: *en vobis corpus, de quo pugnaturi eratis!* Clitophon, qui noctis obſcuritate mulierem caeſam oculis cognoſcere non ſatis poterat, Leucippen interfectam eſſe arbitratus, a perſequendo deſiſtit, truncum expiſcatur & in inſula ſepelit; ipſe Alexandriam revertitur. Ibi moerore confectum & rerum omnium taedio laborantem ſuſtinet conſolaturque Menelaus: tempus quoque paulatim maiorem luctus partem demit. Sexto menſe in Cliniam forte incidit. Hunc Sidonii e naufragio ſuſtulerant, ſalvumque Sidona advexerant, ubi a Soſtrato literae ad Hippiam allatae erant, quibus ille filiam Leucippen Clitophonti deſpondebat. Atque hunc tam laetum nuntium ut Clitophonti afferret, Clinias iterum Alexandriam repetierat, ſi forte eum ex naufragio ſervatum ibi invenire poſſet: quibus adiiciebat, patrem quoque Hippiam ipſum propediem adfuturum, ut filium recuperaret. Hoc nuntio animus Clitophontis non tam ad aequitatem revocatur, quam obducta luctui cicatrix refricatur memoria Leucippes. Igitur conſtituit patris ſe adſpectui ſubducere, Alexandriamque relinquere. Dum abitum parat, nuntiant ei Menelaus & Satyrus, Melitten, in cuius notitiam Alexandriae venerat, vehementi eius amore flagrantem ei nubere velle. Erat haec mulier Epheſia, florente aetate, pulchritudine haud vulgari, divitiis affluens, & recens vidua, marito per naufragium amiſſo. Clitophon primum omnem nuptiarum mentionem averſatur: poſtea, paulatim amicorum precibus exoratus, ut fortunae & rebus ſuis conſulat, conditionem accipit: ea

tamen lege, ut ne nuptiae fierent, donec Ephesum pervenisset: neque enim vel in Aegypto, neque mari, ubi Leucippe tot mala perpessa erat, & mortem quoque obierat, sibi fas esse putabat, Veneri operari. Proficiscuntur Alexandria: salvi Ephesum veniunt. Et primo quidem die in villam Melittes divertuntur, ut interea nuptiae parentur in urbe. Operabatur vero inter servas in agro mulier recens emta, tonso capillo, squalore pannisque obsita, virgis etiam crudeliter lacerata: elucebat tamen quaedam ex facie habituque honestas. Haec se ad Melittes genua abiicit, oratque, ut se, honestis ingenuisque natam parentibus, in libertatem restituat, & a Sosthenis libidine vindicet. Hic licet ipse servus esset, servorum operumque in villa erat praefectus, mulieremque hanc, nuper a latronibus advectam, formae causa emerat, pudicitiamque eius, quam blanditiis primum sollicitaverat, póstea verberibus expugnare nitebatur. Melitte eam benigne suscipit, solvi vinculis, &, donec in patriam abiret, liberaliter haberi iubet: Sosthenem abigit. Ceterum Clitophon ad mulieris eius adspectum turbatur, & tacito praesagio percutitur, quod in eius vultu habituque magnam cum Leucippe similitudinem deprehendere sibi videbatur. Neque temere: nam erat ipsa Leucippe. Cum domum rediisset, inter coenandum eum Satyrus seorsim vocat, literas a Leucippe tradit, & totam rem exponit. Clitophon laetitia & spe exsultat, neque quidquam prius habet, quam confestim ad Leucippen accurrere. Retinet eum Satyrus: constituunt, rem a Melittes notitia cohibere, & prima quaque occasione aufugere. Sed, reperta puella, Clitophon multo magis, quam antea, abhorrebat a Melittes amplexu: neque tamen habebat, quomodo mulierem, amore ferventem, & ad Veneris opus impatienter festinantem, diutius frustraretur; praesertim cum eius blanditias lacrimasque iam Alexandriae & in itinere una hac consolatus esset spe, nuptias se eius accepturum, quamprimum Ephesum pervenisset. Sed hanc eius curam nova calamitas supervacaneam fecit. Nam Thersander, maritus Melittes, inscia illa, ex nau-

fragio evaſerat, & ſalvus domum redierat. Qui audiens ab obviis, uxorem ſuam ſecundas hodie nuptias celebrare, ira percutitur, confeſtim in aedes irrumpit, turbat, aeſtuat, Clitophontem multis modis miſere verberat, & conſtrictum ſervis cuſtodiendum tradit: quibus peractis, domo egreditur, & amicos viſere feſtinat. In hac lucta Clitophon epiſtolam Leucippes, quam intra tunicam abdiderat, amittit: hanc tollit Melitte, & totam rem cognoſcit. Tum ipſa ſecum triſtem ſuam indignata ſortem, omnia experiri ſtatuit, ſaltem ne fruſtra ſecundo viro nupſiſſe ſibi videretur. Intrat igitur in cuſtodiam, ſolvit eum ex vinculis, memorat ſuum in eum amorem, miſeratur fortunam ipſa ſuam, quod adulterii infamiam quidem ſuſceperit, voluptatem non perceperit: omnia ei blanditiarum lenocinia admovet, ad lacrimas quoque preceſque confugit. Vincitur Clitophon; fitque illud, quod Amor diu voluerat. Illa, peracta re, veſtes ſuas cum eo permutat, & donis liberaliter ornatum, poſtremum exoſculata dimittit. At vix egreſſus erat foras, ſeque tandem in tuto arbitrabatur, cum in Therſandrum redeuntem incidit: cognoſcitur, comprehenditur, & pro adultero in carcerem publicum abducitur. Neque vero Leucippe in libertatem reſtituta erat. Soſthenes enim, cognito Heri adventu, ſponte in agrum redierat, & Leucippen denuo in poteſtatem redegerat ſuam, ut eam dono offerret Therſandro, atque ita magnam ab eo gratiam iniret. Hic ſimulatque eam vidit, amore exarſit, eamque omnibus modis ſollicitare coepit: illa contra, nec vivam ſe, nec mortuam, alterius quam Clitophontis fore, aſſeverat. Quare in eam cogitationem incidit, ita ſe Leucippe potiturum, ſi Clitophontem interfeciſſet, & cum Melitta divortium feciſſet. Hanc igitur in adulterii iudicium vocat: illum ut clam occidi curaret, carceris praefecto perſuadere conatur: poſtea, huius conſilii periculo deterritus, aliam iniit rationem cum praefecto. Subornant hominem, cui praecipiunt, ut ſe veluti maleficum in carcerem abduci patiatur, ibique Clitophonti narret, Leucippen interfectam eſſe. Sperabant enim ita

fore, ut, obiecto isto terrore, Clitophon eo citius, si ei evadendi facultas data esset, ea uteretur, & Ephesum relinqueret. Contra, longe res aliter cecidit, ac putarant. Adducitur in carcerem homo, &, velut aliud agens, praesente tamen Clitophonte, adversam fortunam incusat, quod ipse innocens, loco eius, qui Leucippen interfecisset, in carcerem abreptus sit. Contremiscit ad Leucippes nomen Clitophon, totamque rem sibi ab homine narrari postulat. Narrat ille, Melitten, feminam primariam inter Ephesiacas, iuvenis cuiusdam Tyrii amore captam, per invidiam & aemulationem, eius uxorem Leucippen interficiendam curasse: interfectorem evasisse, se vero, dum iter faceret cum eo, comprehensum esse. Hac fabula peracta, histrio clam ex carcere dimittitur. Clitophon, tanta nuntii acerbitate ab animi statu deiectus, rerumque omnium pertaesus, vitam finire statuit, ita tamen, ut Melitten etiam ulciscatur: nequidquam dissuadente Clinia, qui ad eum consolandum in carcerem venerat. Agitur adulterii iudicium magno apparatu: producitur Clitophon, & ipse adulterum se Melittes esse, eaque conscia Leucippen interfecisse, sponte profitetur. Melitte eiusque patroni inopinato casu perturbantur, neque, quid agant, reperiunt. Accurrit Clinias: dicendi veniam petit: docet, Clitophontem, fractum aegrotumque animo, falsa narrasse, ut mortem oppeteret. Necdum, quid statuant, iudices habent. Thersander enim omni ratione caverat, ne veritas patefieret: Leucippe occulta tenebatur: Sosthenes, quem Melitte ad quaestionem postulabat, effugerat. Itaque poscit a iudicibus Thersander, ut reum, qui se ipse caedis accusasset, ex lege damnatum capitis, morte multarent. Condemnatur Clitophon, &, antequam ultimo supplicio afficitur, tormenta ei adhibentur, ut quaeratur, an Melitte quoque caedis conscia fuerit. Iam denudato stat corpore, rota, ignis, flagra afferuntur; cum subito, ecce, advenit Dianae sacerdos, & inhibere iubet quaestionem. Erat enim illa Ephesiorum lex, ut, cum pompam advexissent peregrini, continuo iustitium indiceretur. Et nunc quidem

Byzantii, oraculi iuſſu, propter victoriam de Thracibus, dona Dianae Epheſiae miſerant, eorumque legatio modo urbem intraverat. Eius forte princeps erat ipſe Soſtratus, qui ad forum veniens cum ſacerdote, ut audiit de Leucippes caede quaeri, agnovitque Clitophontem, ſtatim ira exarſit, neque quidquam propius habuit, quam ut in eum involans ipſe ab eo de filiae caede poenas ſumeret. Retinetur vix tandem a Clinia, &, quid rei ſit, audit. Interea Leucippe e cuſtodia in Dianae templum evaſerat: nam Soſthenes, capta ſubito fuga, fores cuſtodiae claudere oblitus erat. Itaque res denuo in iudicium adducitur, auctore inprimis defenſoreque reorum ſacerdote: cauſa magno apparatu ab accuſatore & reis inſtruitur: patroni omnem utrinque eloquentiae vim expromunt. Aeſtuare indignarique Therſander, quod eriperetur ſibi condemnatus reus, & ſerva, quam optimo iure emtionis poſſideret: in Soſtratum & ſacerdotem contumelioſe invehi. Sacerdos contra accuſatoris crimina diluere, eumque, ad comici Ariſtophanis imitationem, acriter ſimul & feſtive exagitare. Tum Therſander, artes omnes ſuas fruſtra conſumtas, exitumque iudicii in eo poſitum eſſe videns, ut Leucippe intactam ſe virginem, Melitte puram ab adulterio, probaret, ambabus religionis terrorem obiicit. Erat enim in templo Dianae ſacra fiſtula, ex cuius cantu de puellarum virginitate iudicabatur: erat item Stygii fontis lavacrum, quo cognoſcebatur uxorum fides caſtitaſque. Accipit conditionem Leucippe magno cum gaudio: nec Melitte eam detrectat, quod ei a Therſandro hac formula offerebatur, ſi abſente marito rem cum Clitophonte non habuiſſet. Et mulieres quidem ita experimenti religionem ſubierunt, ut innocentiae documentum utraque auferret. Tum vero univerſorum conviciis laceratur Therſander, &, ni fugam cepiſſet, nil erat propius, quam ut lapidibus obrueretur. Soſtratus Leucippen denuo Clitophonti deſpondet: abeunt Byzantium, & inde Tyrum. Ibi Calligonen etiam cum Calliſthene inveniunt. Hic eam, poſtquam rapuiſſet, honeſte habuerat, ac, mutata vitae

ratione, ad frugem redierat, & in bello contra Thraces additus Sostrato collega, egregiam patriae navaverat operam: neque tamen ipse adhuc puellae matrimonio potitus erat. Itaque Hippias & Sostratus eodem die liberorum nuptias celebrant.

Atque ex hac quidem fabulae summa intelligitur, eam argumentum habere satis magnum & varium, neque similitudine veri & consuetudine vitae abhorrens. Similes vero laudes in singularum etiam partium compositione expolitioneque tribuere ei non possumus. Primum ducitur ab exordio parum verisimili: nam totam historiam narrat Clitophon, auctori nunquam antea cognitus, sed casu ad eandem spectandam tabulam, de Europae raptu, delatus; & quidem ita narrat, ut per octo libros nunquam intermittat sermonem. Aliter apud veteres, v. c. Platonem, qui, verisimilitudinis causa, narrationem, praesertim longiorem, interrumpunt, & ad res cum ipsis narrantibus coniunctas divertunt. Similiter Longus exordium duxit a tabula picta: sed longe melius ipse solus consumsit orationem descriptione casuum, quos tabula exhibebat. Deinde illud magnopere desideramus, quod hominum, quorum praecipuae sunt in fabula partes, indoles nec depingatur, nec dictis factisque significetur iis, quae eius indicia prodant, nec forma exprimatur ingenii, animi, ac morum. Quid est in Clitophonte, quod non in aliis plerisque eiusdem loci, aetatis, conditionisque sit iuvenibus? quid in Leucippe, quin idem in omnibus fere liberaliter & ingenue institutis puellis reperiatur? Neque aliorum hominum indoles moresque melius significantur. Contra nimius est in descriptionibus, communi Sophistarum vitio, v. c. regionum, locorum, urbium, tabularum, & inprimis, animi perturbationum, in quibus quidem omnibus exsultat oratorie, & verborum sono fervet. Est omnino utile & inprimis elegans, passionum, quibus animi moventur, fontes rationesque describere, sed ita ut ex ipsis factis & rebus cognoscantur, neque lector subito ad aliam quasi picturam convertatur, sed leniter ipsa serie narratio-

nis ductus, motuum originem, successionem, exitumque cognoscat. Atque in his locis philosophum agit Tatius, sed ita, ut quasi ex Sophistae commentario sententias & rationes afferat. In aliis vero libri partibus multo plus habet diligentiae atque verisimilitudinis, veluti in colloquiis atque orationibus. Sed quod initio iam dixeramus, habet Noster magnam cum Heliodoro convenientiam, & cum aliis, qui vel perierunt, vel adhuc in bibliothecis latent: quosque omnes a Diogenis Antonii imitatione pendere, auctor est Photius Cod. 166. Heliodorus argumento compositioneque ad heroicum carmen vel tragoediam accedit. Omnino si Aethiopica ut poëma spectentur, multa probabuntur, vel certe mitigabuntur legentium sensu, quae in historia, aut simili opere, haudquaquam ferenda sint. Achilles contra manet in quotidianae vitae lege ac consuetudine, & propior est comoediae: & nonnunquam ad hilaritatem & festivitatem remittitur. Sed longum est de hac fabula in utramque partem disputare. Laudes eius praecipuae sunt duae: altera, doctrina varia & iucunda, partim ex philosophia, partim ex aliarum rerum scientia, gentium locorumque petita; altera, stilus elegans, tersus, quamquam, uno alteroque loco, verborum novitate ac sono, compositionisque curiositate laborans.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΟΙ ΠΕΡΙ

ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΑ ΚΑΙ ΛΕΥΚΙΠΠΗΝ

ΛΟΓΟΙ Η

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΤΑΤΙΟΥ

ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΤΩΝ ΠΕΡΙ

ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΑ ΚΑΙ ΛΕΥΚΙΠΠΗΝ [1]

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

ΣΙΔΩΝ ἐπὶ θαλάττῃ πόλις, Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις, Θηβαίων ὁ δῆμος πα-

ACHILLIS TATII

ALEXANDRINI

DE

CLITOPHONTIS ET LEUCIPPES

AMORIBUS

LIBER PRIMUS.

SIDON Phoeniciae princeps civitas, Thebanorumque generis origo, in Assyrii maris litore posita est. Gemi-

1 Variat inscriptio. Quidam: περὶ Λευκίππης καὶ Κλειτοφῶντος, quod vulgarius est. Suidas: Ἀχιλλεὺς Τάτιος, ὁ γράψας τὰ ΚΑΤΑ Λευκ. καὶ Κλ. quod & Cod. Angl. pro varia lectione superscriptum est. Aeque recte. Longus: τῶν ΚΑΤΑ Δάφνιν καὶ Χλόην. Et Eustathius: ΚΑΘ' Ἰσμηνίαν καὶ Ἰσμήνην.

τήρ [1]. Δίδυμος λιμὴν ἐν κόλπῳ πλατὺς, ἠρέμα κλείων τὸ πέλαγος. ᾗ γὰρ ὁ κόλπος κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιᾷ κοιλαίνεται, στόμα δεύτερον ὀρώρυκται, καὶ τὸ ὕδωρ αὖθις εἰσρεῖ, καὶ γίνεται τοῦ λιμένος ἄλλος λιμὴν, ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ [2] τὰς ὁλκάδας ἐν γαλήνῃ, θερίζειν δὲ τοῦ λιμένος εἰς τὸ προκόλπιον. Ἐνταῦθα ἥκων ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, σῶστρα τε ἔθυον ἐν αὐτῷ [3] τῇ τῶν Φοινίκων· καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην [4] οἱ Σιδώνιοι. Περιϊὼν οὖν καὶ τὴν ἄλλην πόλιν καὶ περισκοπῶν τὰ ἀναθήματα, ὁρῶ γραφὴν ἀνακειμένην γῆς ἅμα καὶ

num ea portum amplo admodum ſinu, verum aditu anguſto, maris aquam ſenſim accipiente, complectitur. Ubi enim dexterum ſinus latus curvatur, aditus illic alter patet: per quem aqua rurſum illabitur: itaque portus portui adiungitur, ut in illo hieme, aeſtate in hoc, tutam naves habeant ſtationem. Eo cum ex alto tempeſtate reiectus fuiſſem, Phoenicum Deae, Sidonii Aſtarten vocant, quae pro recepta ſalute conſueverunt, ſacra feci. Deinceps cum alia civitatis loca perluſtrarem, ac in Deorum templis munera tholis ſuſpenſa contemplarer, tabulam animadverti pictam, terram ac mare, nec non Europae fa-

1 Iſidorus Orig. XV, 1: *Phoenices a rubro mari profecti, Sidonem urbem opulentiſſimam condiderunt . . . Ipſi etiam Tyrum in Syria — ipſi Thebas in Boeotia.* Diſertis etiam verbis Plinius V, c. 19: *Sidon artifex vitri, Thebarumque Boeotiarum parens.*

2 Ὡς χειμάζειν μὲν ταύτῃ) Legebatur in editione Palatina, ἐν ταύτῃ. Et ſic etiam habet Anglicanus Codex. Sed Florentinus & Romanus, ut & Regii, legunt: μὲν ταύτῃ· unde ſuſpiceris, olim fuiſſe: μὲν ἐν ταύτῃ.

3 Ἐν αὐτῷ) Intell. τῷ λιμένι. Nam in ipſis portubus fana Diis exſtructa erant. Nota quoque Venus εὔπλοια· v. ad Horat. C. I, v. 1. At Cod. Bav. cum ed. Commelin. leg. ἐμαυτοῦ, minus bene.

4 Ἀστάρτην) Cicero de Nat. Deorum L. III, c. 23: *Venus prima Coelo & Die nata — altera, ſpuma procreata — tertia, Iove nata & Diana, quae nupſit Vulcano — quarta, Syria, Tyroque concepta: quae Aſtarte vocatur: quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt.* De hac conſule *Io. Seldeni de diis Syris Syntagma* II, c. 2.

θαλάσσης. Εὐρώπης ἡ γραφή. Φοινίκων ἡ θάλαττα. Σιδῶνος ἡ γῆ. Ἐν τῇ γῇ λειμὼν, καὶ χορὸς παρθένων. Ἐν τῇ θαλάττῃ ταῦρος ἐπενήχετο, καὶ τοῖς νώτοις καλὴ παρθένος ἐπεκάθητο, ἐπὶ Κρήτην [τῷ ταύρῳ] πλέουσα. Ἐκόμα πολλοῖς ἄνθεσιν ὁ λειμών. δένδρων αὐτοῖς ἀνεμέμικτο φάλαγξ καὶ φυτῶν. συνεχῆ τὰ δένδρα. συνηρεφῆ τὰ πέταλα. συνῆπτον οἱ πτόρθοι τὰ φύλλα, καὶ ἐγίνετο τοῖς ἄνθεσιν ὄροφος ἡ τῶν φύλλων συμπλοκή.[1] ἔγραψεν ὁ τεχνίτης ὑπὸ τὰ πέταλα καὶ τὴν σκιάν· καὶ ὁ ἥλιος ἠρέμα τοῦ λειμῶνος κάτω σποράδην διέῤῥει, ὅσον τὸ συνηρεφὲς τῆς τῶν φύλλων κόμης ἀνέῳξεν ὁ γραφεύς. Ὅλον ἐτείχιζε τὸν λειμῶνα περιβολή· εἴσω δὲ τοῦ τῶν ὀρόφων στεφανώματος ὁ λειμὼν ἐκάθητο. αἱ δὲ πρασιαὶ τῶν ἀνθῶν ὑπὸ τὰ πέταλα τῶν φυτῶν στιχηδὸν ἐπεφύκεσαν, νάρκισσος, καὶ ῥόδα,

bulam, continentem: ac mare Phoenicum, Sidoniorum terra eſſe dignoſcebatur. In terra pratum erat virginibus refertum. In mari taurus natabat, formoſamque humeris puellam ſuſtinens Cretam verſus curſum tenebat. Pratum multa florum varietate diſtinctum, arborumque & fruticum copia interſitum erat: quarum rami atque frondes mutuo complexu ita ſeſe nectebant, ut tecti uſum floribus praeſtarent. Umbram quin etiam ſub frondibus pictor effinxerat eo artificio, ut locis aliquot radii ſolis modice pratum illuſtrarent, tantum ſcilicet, quantum quidem contextas frondes patere voluit pictor. Ceterum harundinum corona pratum univerſum undique munierat. Sub foliis fruticum, narciſſo, roſa, myrtoque, ordinatim ſati pul-

1 Ἡ τῶν φύλλων συμπλοκὴ) Ita exhibet Palat. Cod. cum Angl. & interprete Latino. At Regii & Florentinus: ἡ τῶν φ. συνέχεια, ex interpretamento. Pariter infra I, 15 init. αἱ γείτονες τῶν πετάλων περιπλοκαί.

καὶ μύῤῥιναι. ὕδωρ δὲ κατὰ μέσον ἔῤῥει τοῦ λειμῶνος τῆς γραφῆς, τὸ μὲν ἀναβλύζον κάτωθεν ἀπὸ τῆς γῆς, τὸ δὲ τοῖς ἄνθεσιν καὶ τοῖς φυτοῖς περιχεόμενον. ὀχετηγός τις ἐγέγραπτο δίκελλαν κατέχων, καὶ περὶ μίαν ἀμάραν κεκυφὼς, καὶ ἀνοίγων τὴν ὁδὸν τῷ ῥεύματι. Ἐν δὲ τῷ τοῦ λειμῶνος τέλει πρὸς ταῖς ἐπὶ θάλατταν τῆς γῆς ἐκβολαῖς τὰς παρθένους ἔταξεν ὁ τεχνίτης. τὸ σχῆμα ταῖς παρθένοις καὶ χαρᾶς καὶ φόβου. στέφανοι περὶ τοῖς μετώποις δεδεμένοι· κόμαι κατὰ τῶν ὤμων λελυμέναι· τὸ σκέλος ἅπαν γεγυμνωμέναι· τὸ μὲν ἄνω, τοῦ χιτῶνος, τὸ δὲ κάτω, τοῦ πεδίλου· τὸ γὰρ ζῶσμα μέχρι γόνατος ἀνεῖλκε τὸν χιτῶνα. τὸ πρόσωπον ὠχραί· σεσηρυῖαι τὰς παρειάς· τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνοίξασαι πρὸς τὴν θάλατταν· μικρὸν ὑποκεχηνυῖαι τὸ στόμα, ὥσπερ ἀφήσειν ὑπὸ φόβου μέλλουσαι καὶ βοήν· τὰς χεῖρας ὡς ἐπὶ τὸν βοῦν ὤρεγον. ἐπέβαινον ἄκρας τῆς θαλάττης, ὅσον ὑπεράνω μικρὸν τῶν ταρσῶν ὑπερέχειν τὸ κῦμα· ἐῴκεισαν δὲ βούλε-

vini cernebantur. Sed & ima ex terra ſcatebat fons, qui medium pratum, floreſque ac plantas, hac illac diſcurrens, irrigabat. Nec deerat, qui, ſumto ligone rivulo imminens, aquae viam patefaceret. In ea prati parte, quae mare attingebat, virgines pictor expreſſerat, vultu cum hilaritatem, tum moerorem indicantes. Corollae iis in capite erant, crines per humeros effuſi, pedes vinculis exuti, crura veſtibus, zona genutenus ſuccinctis, nudata: os pallidum, genae contractae, oculi mare intuentes, labia nonnihil hiulca, quaſi prae metu vox praecluſa fuiſſet, manus taurum verſus protentae. Ad mare autem eo uſque proceſſerant, ut pedis partem ſuperiorem aqua pertingeret: corporis totius ſtatus is erat, ut & ad

σθαι μὲν ὡς ἐπὶ τὸν ταῦρον δραμεῖν, φοβεῖσθαι δὲ τῇ θαλάττῃ προσελθεῖν. Τῆς δὲ θαλάττης ἡ χροιὰ διπλῆ· τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν γῆν ὑπέρυθρον· κυάνεον δὲ τὸ πρὸς τὸ πέλαγος. ἀφρὸς ἐπεποίητο [1], καὶ πέτραι, καὶ κύματα. αἱ πέτραι τῆς γῆς ὑπερβεβλημέναι, ὁ ἀφρὸς περιλευκαίνων τὰς πέτρας, τὸ κῦμα κορυφούμενον καὶ ἐπὶ τὰς πέτρας λυόμενον εἰς τοὺς ἀφρούς. Ταῦρος ἐν μέσῃ τῇ θαλάττῃ ἐγέγραπτο τοῖς κύμασιν ἐποχούμενος, ὡς ὄρους ἀναβαίνοντος τοῦ κύματος, ἔνθεν καμπτόμενον τοῦ βοὸς κυρτοῦται τὸ σκέλος. Ἡ παρθένος μέσοις ἐπεκάθητο τοῖς νώτοις τοῦ βοός, οὐ περιβάδην, ἀλλὰ κατὰ πλευρὰν, ἐπὶ δεξιὰ συμβᾶσα τὼ πόδε, τῇ λαιᾷ τοῦ κέρως ἐχομένη, ὥσπερ ἡνίοχος χαλινοῦ. καὶ γὰρ ὁ βοῦς ἐπέστραπτο ταύτῃ μᾶλλον πρὸς τὸ τῆς χειρὸς ἕλκον ἡνιοχούμενος. Χιτὼν ἀμφὶ τὰ στέρνα τῆς παρθένου μέχρις αἰδοῦς, τοὐντεῦ-

taurum contendere velle, & undis credere se vereri viderentur. Mari color inerat duplex: terrae enim propinquior pars subrubebat; remotior vero & profundior caerulea erat. Effiꝯta quoque erat & spuma, & scopuli, & fluctus. Illic scopuli etiam e terra proiecti exstabant: quos e tumescentibus & saxo allisis fluctibus facta spuma dealbabat. Medio in mari pictus taurus ab undis vehebatur, montis instar attollente se unda, qua bovis crura flectebantur. Tauri dorso virgo insidebat, non equitum more, sed utrisque dexterum in latus pedibus apte demissis; laevaque cornu, quomodo habenas aurigae solent, tenebat: manum enim taurus sequebatur. Virginis pectus ad pudenda usque alba tunica, corpus reliquum purpurea lae-

1 Τὸ μὲν γὰρ — ἐπεποίητο) Ita corr. Salmasius, cum antea legeretur: τὸ μὲν γὰρ πρὸς τὴν γῆν, ὑπέρυθρον καὶ κυάνεον· τὸ δὲ πρὸς τὸ πέλαγος, ἀφρὸς ἐπεποίητο &c.

θεν ἐπεκάλυπτεν χλαῖνα τὰ κάτω τοῦ σώματος. λευκὸς ὁ χιτών. ἡ χλαῖνα πορφυρᾶ. τὸ δὲ σῶμα διὰ τῆς ἐσθῆτος ὑπεφαίνετο. βαθὺς ὀμφαλὸς, γαστὴρ τεταμένη. λαπάρα στενή. τὸ στέρνον εἰς ὀξὺ καταβαῖνον ηὐρύνετο. μαζοὶ τῶν στέρνων ἠρέμα προκύπτοντες. ἡ συνάγουσα ζώνη τοὺς μαζοὺς καὶ τὸν χιτῶνα ἔκλειεν, καὶ ἐγίνετο τοῦ σώματος κάτοπτρον ὁ χιτών. Αἱ χεῖρες ἄμφω διετέταντο, ἡ μὲν ἐπὶ κέρας, ἡ δὲ ἐπὶ οὐράν. ἤρτητο δὲ ἀμφοῖν ἑκατέρωθεν ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ἡ καλύπτρα κύκλῳ τῶν νώτων ἐμπεπετασμένη· ὁ δὲ κόλπος τοῦ πέπλου πάντοθεν ἐτέτατο κυρτούμενος· καὶ ἦν οὗτος ἄνεμος τοῦ ζωγράφου. ἡ δὲ δίκην ἐπεκάθητο τῷ ταύρῳ πλεούσης νηὸς, ὥσπερ ἱστίῳ τῷ πέπλῳ χρωμένη [1]. Ἐπὶ δὲ τὸν βοῦν ὠρχοῦντο δελφῖνες, ἔπαιζον Ἔρωτες. εἶπες ἂν αὐτῶν ἐγγεγράφθαι καὶ τὰ κινήματα. Ἔρως εἷλκε τὸν βοῦν, Ἔρως, μικρὸν παιδίον ἡπλώκει τὸ πτερὸν, ἤρτητο φαρέτραν, ἐκράτει τὸ πῦρ·

na contegebatur: omnia tamen per vestem cernere licebat. Nam & profundus umbilicus, & planus venter, & angusta ilia, pectus in acutum dilatabatur, papillae modice tumebant, zonaque adducta una cum tunica, quae corporis speculum erat, succingebantur. Manu altera cornu, caudam altera virgo apprehenderat, & utrisque humeris etiam capitis tegmen utrinque circum humeros effusum sustinebat: cuius sinum depictus ventus ita implebat, ut omni ex parte intumesceret. Puella tauro insidens navis instar ferebatur, peplo veli usum praebente. Tauro delphini assultabant, illudebant Amores: quorum quidem motus etiam illic pictos esse diceres. Alter Amor taurum trahebat, alter parvulus infanti alas expandens, pha-

1 Moschus: Κολπώθη δ' ὤμοισι πέπλος βαθὺς Εὐρωπείης,
Ἱστίον οἷά τε νηός.

ἐπέστραπτο δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Δία καὶ ὑπεμειδία, ὥσπερ αὐτοῦ καταγελῶν, ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε βοῦς.

β'. Ἐγὼ δὲ καὶ τ' ἄλλα μὲν ἐπῄνουν τῆς γραφῆς· ἅτε δὲ ὢν ἐρωτικὸς, περιεργότερον ἔβλεπον τὸν ἄγοντα τὸν βοῦν Ἔρωτα. καὶ, Οἷον, εἶπον, ἄρχει βρέφος οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης; Ταῦτά μου λέγοντος, νεανίσκος καὶ αὐτὸς παρεστώς· Ἐγὼ ταῦτα ἂν εἰδείην, ἔφη, τοσαύτας ὕβρεις ἐξ ἔρωτος παθών. Καὶ, Τί πέπονθας, εἶπον, ὦ ἀγαθέ; καὶ γὰρ ὁρῶ σοῦ τὴν ὄψιν οὐ μακρὰν τῆς τελετῆς τοῦ θεοῦ. Σμῆνος ἀνεγείρεις, εἶπε, λόγων. τὰ γὰρ ἐμὰ, μύθοις ἔοικε. Μὴ κατοκνήσῃς, ὦ βέλτιστε, ἔφην, πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τοῦ Ἔρωτος αὐτοῦ, ταύτῃ μᾶλλον ὀνήσειν, εἰ καὶ μύθοις ἔοικε. Καὶ ταῦτα δὲ λέγων, δεξιοῦμαί

retram gestans, faces vibrans; atque ad Iovem conversus ridebat, quasi eum, quod sua opera in taurum mutatus esset, irrideret.

II. Ego igitur cum alias picturae partes laudabam, tum, quod & ego amori indulgeo, Cupidinem taurum trahentem accuratius intuens, ita mecum loquebar: En ut infantis iussa coelum, terra, mare faciunt? Tum adolescens, qui tum forte aderat, meaque verba intellexerat: Huius equidem, inquit, ego quoque rei testis esse possum, cui tot amoris causa incommoda evenerunt. Tum ego, Cuiusnam modi sunt, inquam, o bone vir, quae perpessus fuisti? tuus enim adspectus huius Dei mysteriis te non abhorrentem declarat. Tum ille: Ad permixtam, inquit, confusamque rerum seriem commemorandam me revocas: fabulis enim ea omnia similia sunt. Tum ego: Ne per Iovem, perque Amorem ipsum, inquam, molestum tibi sit, hac me ratione magis iuvare, tametsi fabulosa videantur. Haec cum dixissem, manu prehensum hominem vici-

τε αὐτὸν, καὶ ἐπί τινος ἄλσους ἄγω γείτονος, ἔνθα πλάτανοι μὲν ἐπεφύκεσαν πολλαὶ καὶ πυκναὶ, παῤῥέει δὲ ὕδωρ ψυχρόν τε καὶ διαυγὲς, οἷον ἀπὸ χιόνος ἄρτι λυθείσης ἄρχεται. [1] Καθίσας οὖν αὐτὸν ἐπί τινος θώκου χαμαιζήλου, καὶ αὐτὸς παρακαθισάμενος· Ὥρα νῦν, ἔφην, τῆς τῶν λόγων ἀκροάσεως· πάντως δὲ ὁ τοιοῦτος τόπος ἡδὺς, καὶ μύθων ἄξιος ὑπάρχει ἐρωτικῶν.

γ΄. Ὁ δὲ ἄρχεται λέγειν ὧδε· Ἐμοὶ Φοινίκη γένος, Τύρος ἡ πατρὶς, ὄνομα Κλειτοφῶν, πατὴρ Ἱππίας, ἀδελφὸς πατρὸς Σώστρατος. οὐ πάντως δὲ ἀδελφοὶ, ἀλλ' ὅσον ἀμφοῖν εἰς πατήρ· αἱ γὰρ μητέρες, τῷ μὲν, ἦν Βυζαντία, τῷ δὲ ἐμῷ πατρὶ, Τυρία. Ὁ μὲν οὖν τὸν πάντα χρόνον εἶχεν ἐν Βυζαντίῳ· πολὺς γὰρ ὁ τῆς μητρὸς κλῆρος ἦν αὐτῷ. ὁ δὲ ἐμὸς πατὴρ ἐν Τύρῳ κατῴκει. τὴν δὲ μητέρα οὐκ οἶδα τὴν ἐμήν·

num quoddam in nemus perduxi, ubi permultae atque opacae platani ſuccreverant, perſpicuaque ac tanquam nuper liquefacta nive, frigida aqua dimanabat. Illic cum humili quodam in loco ſedere hominem iuſſiſſem, ipſeque pariter aſſediſſem: Tempus eſt, inquam, initium narrandi ut facias. Delectationis omnino locus hic plenus, amatoriiſque fabellis plane dignus eſt.

III. Tum ille ab hoc principio exorſus eſt dicere: Gentis mihi origo e Phoenicia eſt, patria Tyrus, nomen Clitophon, pater Hippias, patris frater Soſtratus, quod quidem ad patrem attinet: nam matres duae fuere, Soſtrati Byſantia, Hippiae Tyria. Soſtratus Byſantii, propterea quod inibi matris hereditatem ſane non exiguam creverat, ſemper commoratus eſt: pater meus Tyri. Matrem

1 Ἄρχεται) Sic Fl. cum Regiis. At Angl. cum aliis: ἔρχεται, quod & ipſum probum. Salm. inſuper legendum coni. ἀρύεται. Temere.

ἔτι νηπίῳ γάρ μοι τέθνηκεν. ἐδέησεν οὖν τῷ πατρὶ γυναικὸς ἑτέρας, ἐξ ἧς ἀδελφή μοι Καλλιγόνη γίνεται. καὶ ἐδόκει μὲν τῷ πατρὶ συνάψαι μᾶλλον ἡμᾶς γάμῳ· αἱ δὲ μοῖραι τῶν ἀνθρώπων κρείττονες, ἄλλην ἐτήρουν μοὶ γυναῖκα. Φιλεῖ δὲ τὸ Δαιμόνιον πολλάκις ἀνθρώποις τὸ μέλλον νύκτωρ λαλεῖν· οὐχ ἵνα φυλάξωνται μὴ παθεῖν· οὐ γὰρ εἱμαρμένης δύνανται κρατεῖν· ἀλλ' ἵνα κουφότερον πάσχοντες φέρωσιν. τὸ μὲν γὰρ ἐξαίφνης ἀθρόον καὶ ἀπροσδόκητον ἐκπλήσσει τὴν ψυχὴν, ἄφνω προσπεσὸν, καὶ κατεβάπτισε· τὸ δὲ πρὸ τοῦ παθεῖν προσδοκώμενον, κατηνάλωσε κατὰ μικρὸν μελετώμενον τοῦ πάθους τὴν ἀκμήν. Ἐπεὶ γὰρ εἶχον ἔννατον ἔτος ἐπὶ τοῖς δέκα, καὶ παρεσκεύαζεν ὁ πατὴρ εἰς νέωτα ποιῆσαι τοὺς γάμους, ἤρχετο τοῦ δράματος ἡ τύχη. Ὄναρ ἐδόκουν συμφῦναι τῇ παρθένῳ τὰ κάτω μέρη μέχρις ὀμφαλοῦ, δύο δ' ἐντεῦ-

ipſe meam nunquam vidi, ut quae ſuum infante me obierit diem: itaque alteram ſibi pater uxorem adiunxit: ex qua ſororem mihi nomine Calligonen genuit, quam mihi uxorem dare decreverat. Sed potentiora hominibus fata mihi aliam ſervabant. Frequenter autem Dei mortalibus futura in ſomnis pronuntiare conſueverunt, non quo mala praecavendo evitent, neque enim fato iri obviam poteſt, ſed quo aequiore, cum evenerint, animo ferant. Repentina enim & inexſpectata perculſam improviſo adventu mentem frangunt atque proſternunt: praeviſa vero, & praecauta, dum ad eorum cogitationem animus pedetentim deducitur, longe minus affligunt. Itaque cum nonum & decimum agerem annum, nuptiaſque non ita multo poſt pater facturus eſſet, fabulam fortuna incoeptavit. Nam cum me quieti dediſſem, viſus ſum ita cum virgine coniungi, ut a capite ad umbilicum uſque duo corpora

θεν τὰ ἄνω σώματα. ἐφίσταταί δέ μοι γυνὴ φοβερὰ καὶ μεγάλη, τὸ πρόσωπον ἀγρία, ὀφθαλμὸς ἐν αἵματι, βλοσυραὶ παρειαὶ, ὄφεις αἱ κόμαι· ἅρπην ἐκράτει τῇ δεξιᾷ, δᾷδα τῇ λαιᾷ. ἐπιπεσοῦσα οὖν μοι θυμῷ, καὶ ἀνατείνασα τὴν ἅρπην, καταφέρει τῆς ἰξύος, ἔνθα τῶν δύο σωμάτων ἦσαν αἱ συμβολαὶ, καὶ ἀποκόπτει μοῦ τὴν παρθένον. περιδεὴς οὖν ἀναθορῶν ἐκ τοῦ δείματος, φράζω μὲν πρὸς οὐδένα, κατ' ἐμαυτὸν δὲ πονηρὰ ἐσκεπτόμην. Ἐν δὲ τούτῳ συμβαίνει τοιάδε. Ἦν ἀδελφὸς, ὡς ἔφην, τοῦ πατρὸς Σώστρατος. παρὰ τούτου τὶς ἔρχεται κομίζων ἐπιστολὴν ἀπὸ Βυζαντίου· καὶ ἦν τὰ γεγραμμένα τοιάδε·

Ἱππίᾳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν Σώστρατος.

Ἥκουσι πρὸς σὲ θυγατὴρ ἐμὴ Λευκίππη, καὶ Πανθία γυνή. πόλεμος γὰρ περιελαύνει [1] Βυζαντίους Θρᾳ-

essemus, deinceps vero in unum coaluissemus, mulieremque adspectu horribili, magna statura, vultu agresti, sanguineis oculis, genis asperis, vipereis crinibus, falcem dextera, laeva faculam tenentem, nobis imminere; atque iratam extenta falce plagam, qua duo in unum corpora coierant, imponere, virginemque a me abscindere. Quam ob rem timore perculsus, ac ex somno excitatus, mala haec nemini palam feci: sed in eorum cogitatione solus versabar. Interea Bysantio literae ab eo, quem dixi, patris mei fratre, hoc exemplo allatae sunt:

Sostratus Hippiae fratri S. D.

Leucippe filia, & Panthia uxor mea proficiscuntur ad te: bellum enim a Thracibus Bysantiis infertur. Tu caris-

1 Περιελαύνει) Flor. περιλαμβάνει· aeque bene. Alterum tamen aptius h. l. videtur. Nam & equitatum, quo fere Thraces in bello utebantur, innuit, & Byzantiorum metum rei male gerendae declarat. Ad rem Polyb. IV, c. 45: Ἀΐδιον ἔχουσι (Βυζάντιοι) πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς τούτους (Θρᾷκας.)

κικός. Σῶζε δέ μοι τὰ φίλτατα τοῦ γένους μέχρι τῆς τοῦ πολέμου τύχης.

δ'. Ταῦτα ὁ πατὴρ ὁ ἀναγνοὺς, ἀναπηδᾷ, καὶ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐκτρέχει, καὶ μικρὸν ὕστερον αὖθις ἐπανῆκεν. εἵπετο δὲ αὐτῷ κατόπιν πολὺ πλῆθος οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων, ἃς συνεκπέμψας ὁ Σώστρατος ἔτυχεν ταῖς γυναιξίν. Ἐν μέσῳ δὲ ἦν γυνὴ μεγάλη καὶ πλουσία τῇ στολῇ. ὡς δὲ ἐπέτεινα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπ' αὐτὴν, ἐν ἀριστερᾷ παρθένος ἐμφαίνεταί μοι, καὶ καταστράπτει μοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ προσώπῳ. τοιαύτην εἶδεν ἐγώ ποτε ἐπὶ ταύρῳ γεγραμμένην Εὐρώπην· ὄμμα γοργὸν ἐν ἡδονῇ· [1] κόμη ξανθὴ, τὸ ξανθὸν οὖλον· ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον· λευκὴ παρειά· τὸ λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσετο, καὶ ἐμιμεῖτο πορφύραν, οἵαν εἰς τὸν ἐλέφαντα [2] Λυδίη βάπτει

ſima pignora nobis ad belli exitum uſque cuſtodi. Vale.

IV. Cognita literarum ſententia conſurrexit pater, ſtatimque ad mare ſe contulit: atque haud multo poſt magna cum ſervorum, ancillarumque, quas cum uxore ac filia Soſtratus miſerat, turba ſequente reverſus eſt. Inter eas mulier erat procera, pretioſamque ſtolam induta: in quam ſimul atque oculos intendi, ad ſiniſtram virgo incedens mihi apparebat, cuius adſpectus vehementer tangebat oculos meos. Sic ego depictam videram Europam in tauro. Erant ei quadam cum iucunditate truces oculi, crines flavi criſpique, ſupercilia puro nigrore delibuta, genae candidae: niſi quod earum medium rubore, purpuram, qua Lydiae mulieres ebur inficiunt, imitante ſuffuſum

1 Anacr. XXIX, 12: Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω, Κεκερασμένον γαλήνῃ. Adde Sil. It. V, 562, de Scipione: *Flagrabant lumina miti Adſpectu, gratuſque inerat viſentibus horror.*

2 Claudian. R. Proſ. I, 274: *non ſic decus ardet eburnum, Lydia Sidonio quod femina tinxerat oſtro;* coll. Hom. Il. IV, 141, & Virg. Aen. XII, 67.

γυνή· τὸ στόμα ῥόδων ἄνθος ἦν, ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοίγειν τῶν φύλλων τὰ χείλη. Ὡς δὲ εἶδον, εὐθὺς ἀπωλώλειν. κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους, καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ.[1] ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι. Πάντα δέ με εἶχεν ὁμοῦ, ἔπαινος, ἔκπληξις, τρόμος, αἰδὼς, ἀναίδεια· ἐπῄνουν τὸ μέγεθος, ἐκπεπλήγμην τὸ κάλλος, ἔτρεμον τὴν καρδίαν, ἔβλεπον ἀναιδῶς, ᾐδούμην ἁλῶναι. τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀφέλκειν μὲν ἀπὸ τῆς κόρης ἐβιαζόμην· οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, ἀλλ᾽ ἀνθεῖλκον ἑαυτοὺς ἐκεῖ τῷ τοῦ κάλλους ἑλκόμενοι πείσματι[2], καὶ τέλος, ἐνίκησαν.

έ. Αἱ μὲν δὴ κατήγοντο πρὸς ἡμᾶς, καὶ αὐταῖς

erat: os rosae foliorum labra aperire incipienti persimile. Itaque statim, ut eam contemplatus sum, occidi. Forma enim ad inferendum vulnus telo acutior est, per oculosque amatorio vulneri aditum patefaciens in animum penetrat. Omnia me simul agitabant, laus, admiratio, tremor, pudor, impudentia; & proceritatem laudare, & pulchritudine obstupefieri, & corde tremere, & oculis lascivius intueri, ac ne deprehenderer vereri coactus sum: saneque oculos a virgine avertere conabar; sed illi repugnabant, formáeque suavitate pellecti eo sese referebant, & victoria tandem potiti sunt.

V. Ceterum mulieribus intro ad nos ductis, domusque

1 Musaeus v. 92 seqq.
Κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
Ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ.
Ὀφθαλμὸς δ᾽ ὁδός ἐστιν· ἀπ᾽ ὀφθαλμοῖο βολάων
Ἕλκος ὀλισθαίνει, καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει.
Εἷλε δέ μιν τότε θάμβος, ἀναιδείη, τρόμος, αἰδώς.
Ἔτρεμε μὲν κραδίην, αἰδὼς δέ μιν εἶχεν ἁλῶναι.
Θάμβεε δ᾽ εἶδος ἄριστον, ἔρως δ᾽ ἀπενόσφισεν αἰδῶ.

2 Τῷ τοῦ κάλλους ἑλκόμενοι πείσματι) Formae illicio persuasi & adducti. Sic reponere placuit Salmasio, pro vulgata lectione, πταίσματι. In aliis Codicibus, τραύματι, non tam bene.

ὁ πατὴρ μέρος τὶ τῆς οἰκίας ἀπονεμόμενος, εὐτρεπίζει δεῖπνον. καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν, συνεπίνομεν κατὰ δύο τὰς κλίνας διαλαχόντες. οὕτω γὰρ ἔταξεν ὁ πατήρ· αὐτὸς κἀγὼ τὴν μέσην, αἱ μητέρες αἱ δύο τὴν ἐν ἀριστερᾷ, τὴν δεξιὰν εἶχον αἱ παρθένοι. Ἐγὼ δὲ ὡς ταύτην ἤκουσα τὴν εὐταξίαν, μικροῦ προσελθὼν τὸν πατέρα κατεφίλησα, ὅτι μου κατ' ὀφθαλμοὺς ἀνέκλινε τὴν παρθένον. Τί μὲν οὖν ἔφαγον, μὰ τοὺς θεοὺς, ἔγωγε οὐκ ᾔδειν. ἐῴκειν γὰρ τοῖς ἐν ὀνείροις ἐσθίουσιν. ἐρείσας δὲ κατὰ τῆς στρωμνῆς τὸν ἀγκῶνα, καὶ ἐγκλίνας ἐμαυτὸν, ὅλοις ἔβλεπον τὴν κόρην τοῖς προσώποις, κλέπτων ἅμα τὴν θέαν· τοῦτο γάρ μοι ἦν τὸ δεῖπνον. Ὡς δὲ ἦμεν ἀπὸ τοῦ δείπνου, παῖς ἔρχεται κιθάραν ἁρμοσάμενος, τοῦ πατρὸς οἰκέτης, καὶ ψιλαῖς τὸ πρῶτον διατινάξας ταῖς χερσὶ, τὰς χορδὰς ἔκρουε· καί τι κρουμάτιον ὑπολιγήνας ὑποψιθυρίζουσι τοῖς δακτύλοις,

parte quadam eis attributa, pater coenam parari iussit: ac quoniam tempus eius venerat, bini singulis lectis accubuimus, huiusmodi ab Hippia ordine adhibito, ut ipse & ego mediam, matres sinistram, dextram virgines obtinerent. Quod cum ipse animadvertissem, parum abfuit, quin ad patrem, propterea quod virginem exadversum oculis meis collocaverat, osculando procederem. Verum enimvero quid in ea coena comederim, ita me Dii ament, dicere haud scio, iis nimirum similis, qui coenare sese somniant; sed cubito mensae innixus, ac toto capite inclinatus, puellam contemplabar, illius interim obtutus suffurans: atque hoc mihi coena erat. Posteaquam finis edendi factus est, e pueris domesticis unus cum cithara processit: ac primum nudis manibus fidem tentans, exilem quendam sonum, digitis murmur adiuvantibus, edidit.

μετὰ τοῦτο ἤδη τῷ πλήκτρῳ τὰς χορδὰς ἔκρουεν, καὶ ὀλίγον ὅσον κιθαρίσας συνῇδε τοῖς κρούμασι. τὸ δὲ ᾆσμα ἦν, Ἀπόλλων μεμφόμενος φεύγουσαν τὴν Δάφνην, καὶ διώκων ἅμα καὶ μέλλων καταλαμβάνειν· καὶ γινομένη φυτὸν ἡ κόρη, καὶ Ἀπόλλων τῷ φυτῷ στεφανούμενος. Τοῦτό μου μᾶλλον, [1] ᾀσθὲν εἰς τέλος, τὴν ψυχὴν ἐξέκαυσεν. ὑπέκκαυμα γὰρ ἐπιθυμίας λόγος ἐρωτικός· κἂν εἰς σωφροσύνην τις ἑαυτὸν νουθετῇ, τῷ παραδείγματι πρὸς τὴν μίμησιν ἐρεθίζεται, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἐκ τοῦ κρείττονος ᾖ παράδειγμα. ἡ γὰρ ὧν ἁμαρτάνει τὶς αἰδὼς, τῷ τοῦ βελτίονος ἀξιώματι παῤῥησία γίνεται. Καὶ ταῦτα πρὸς ἐμαυτὸν ἔλεγον· Ἰδοὺ καὶ Ἀπόλλων ἐρᾷ κἀκεῖνος παρθένου, καὶ ἐρῶν οὐκ αἰσχύνεται, ἀλλὰ διώκει τὴν

Deinde ſumto pleƈtro, cum aliquantulum chordas percuſſiſſet, citharae ſono vocem ipſe ſuam addidit: concinuitque, ut fugientem Daphnen Apollo incuſaret, ſimulque perſequeretur, ut iamiam comprehenſurus eſſet, ut puella in arborem mutaretur: cuius ille frondibus coronam ſibi demum fingeret. Quae ſane cantilena meo ardentiores faces amori ſubiecit. Amatorius enim ſermo vehemens quaedam cupiditatis incitatio eſt. Ac quamquam ad temperantiam aliquis comparatus eſt, exemplo tamen ad imitandum trahitur; eoque facilius, quo nobilius proponitur exemplum. Nam pudor, qui a peccando revocabat, praeſtantioris alicuius dignitate loco pulſus, in licentiam commutatur. Hiſce itaque verbis memet alloquebar: An non Apollinem amore captum eſſe, & pudorem abieciſſe, & virginem palam ſequi vides? Quid tu igitur deſidia tor-

1 Ita Florent. In aliis notatur haec leƈtio: Τοῦτό μου μᾶλλον ἀσθενοῦσαν τὴν ψυχὴν εἰς τέλος ἐξέκ. quae ſane magis convenit cum vocibus μᾶλλον & εἰς τέλος. Ceterum εἰς τέλος non habet Cod. Bavar. & ed. Commel. & ſane poſt μᾶλλον reƈtius abſunt, niſi diſtinƈtione, quam nos induximus, ſervari poſſe putes.

παρθένον· σὺ δὲ ὀκνεῖς καὶ αἰδῇ, καὶ ἀκαίρως σωφρονεῖς; μὴ κρείττων εἶ τοῦ Θεοῦ;

ς'. Ὡς δὲ ἦν ἑσπέρα, πρότεραι μὲν πρὸς ὕπνον ἐτράπησαν αἱ γυναῖκες· μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ ἡμεῖς· οἱ μὲν δὴ ἄλλοι τῇ γαστρὶ μετρήσαντες τὴν ἡδονήν· ἐγὼ δὲ τὴν εὐωχίαν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς φέρων, τῶν τε τῆς κόρης προσώπων γεμισθεὶς, καὶ ἀκράτῳ θεάματι, καὶ μέχρι κόρου προελθὼν, ἀπῆλθον μεθύων ἔρωτι. Ὡς δὲ εἰς τὸ δωμάτιον παρῆλθον, ἔνθα μοι καθεύδειν ἔθος ἦν, οὔτε ὕπνου τυχεῖν ἠδυνάμην. ἔστι μὲν γὰρ φύσει καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα, καὶ τὰ τοῦ σώματος τραύματα νυκτὶ χαλεπώτερα, καὶ ἐπανίσταται μᾶλλον ἡμῖν ἡσυχάζουσιν, καὶ ἐρεθίζει τὰς ἀλγηδόνας. ὅταν γὰρ ἀναπαύηται τὸ σῶμα, τότε σχολάζει τὸ ἕλκος νοσεῖν. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς τραύματα, μὴ κινουμένου τοῦ σώματος, πολὺ μᾶλλον ὀδυνᾷ. ἐν ἡμέρᾳ

pes, & pudore victus alieno tempore continentiam prae te fers? Num tu Deo praestantior es?

VI. Ceterum cum advesperasset, primae cubitum ivere mulieres; nec multo post nos: alii quidem coenae voluptatem ventri, ego vero oculis largitus. Nam puellae imagine, merisque obtutibus exsaturatus, ac plane amore ipso ebrius, intra cubiculum, in quo cubare consueveram, me recepi: ubi somnum nulla unquam ratione capere quivi. Natura equidem ita fert, ut cum alii morbi, tum corporis vulnera noctu molestiora sint, & quiescentibus nobis vehementius intendantur, & maiores efficiant dolores: quietem enim capientibus membris, vulneri otium datur saeviendi. Nec sane alia est vulnerati animi conditio. Nam dum motu corpus vacat, saucius ille maiorem in modum excruciatur. Oculi enim atque aures multis in re-

γὰρ ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα πολλῆς γεμιζόμενα περιεργίας, ἐπικουφίζει τῆς νόσου τὴν ἀκμὴν, ἀντιπεριάγοντα τὴν ψυχὴν τῆς εἰς τὸ πονεῖν σχολῆς. ἐὰν δὲ ἡσυχίᾳ τὸ σῶμα πεδηθῇ, καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ γενομένη [1] τῷ κακῷ κυμαίνεται. πάντα γὰρ ἐξεγείρεται τέως κοιμώμενα· τοῖς πενθοῦσιν, αἱ λῦπαι· τοῖς μεριμνῶσιν, αἱ φροντίδες· τοῖς κινδυνεύουσιν, οἱ φόβοι· τοῖς ἐρῶσι, τὸ πῦρ. Περὶ δὲ τὴν ἕω μόλις ἐλεήσας με τὶς ὕπνος, ἀνέπαυσεν ὀλίγον. ἀλλ' οὐδὲ τότε μου τῆς ψυχῆς ἀπελθεῖν ἤθελεν ἡ κόρη· πάντα δὲ ἦν μοι Λευκίππη τὰ ἐνύπνια, διελεγόμην αὐτῇ, συνέπαιζον, συνεδείπνουν, ἡπτόμην, πλείονα εἶχον ἀγαθὰ τῆς ἡμέρας. καὶ γὰρ κατεφίλησα, καὶ ἦν τὸ φίλημα ἀληθινόν. ὥστ' ἐπειδή με ἤγειρεν ὁ οἰκέτης, ἐλοιδορούμην αὐτῷ τῆς ἀκαιρίας, ἀπολέσας ὄνειρον οὕτω γλυκύν. Ἀνα-

bus interdiu occupatae, ſollicitudinum aculeos minus ſentiunt, animumque diſtrahunt, ut dolendi tempus non ſuperſit. Quod ſi otio membra detineantur, animus ſe ipſe colligens, aſſiduis malorum procellis iactatur. Quae enim eouſque ſopita iacuerant, exſuſcitantur, & praeſto ſunt omnia. In luctu videlicet conſtitutis moerores, aliqua de re ſollicitis cogitationes, in periculo verſantibus metus, amore ardentibus ignes. Tandem appropinquante aurora miſertus mei ſomnus levationis aliquantulum mihi attulit, nec tamen meo ex animo puella tunc abiit. Sed omnia mihi de Leucippe ſomnia erant: cum illa loquebar, ludebam, coenabam. ac maiora quidem tum, quam interdiu, bona conſequebar· oſculabar enim, veraque oſculatio erat. Itaque cum me famulus excitaſſet, importunitatem illius, quod tam dulce mihi ſomnium eripuiſſet, maledictis pro-

1 Καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ γενομένη) Codd. Regii & Florent. καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ μένει, καὶ τότε τῷ κ. κ. minus commode.

στὰς οὖν ἐβάδιζον ἐξεπίτηδες ἐν παραδείσῳ τῆς οἰκίας [1], κατὰ πρόσωπον τῆς κόρης· βιβλίον ἅμα κρατῶν, καὶ ἐγκεκυφὼς, ἀνεγίνωσκον· τὸν δὲ ὀφθαλμὸν, εἰ κατὰ θύρας ἐγενοίμην, ὑπείλιττον κάτωθεν, καί τινας ἐμπεριπατήσας διαύλους, καὶ ἐποχετευσάμενος ἐκ τῆς θέας ἔρωτα σαφῶς, ἀπῄειν ἔχων τὴν ψυχὴν κακῶς· καὶ ταῦτά μοι τριῶν ἡμερῶν ἐπυρσεύετο.

ζʹ. Ἦν δέ μοι Κλεινίας ἀνεψιὸς, ὀρφανὸς καὶ νέος δύο ἀναβεβηκὼς ἔτη τῆς ἡλικίας τῆς ἐμῆς, ἔρωτι τετελεσμένος· μειρακίου δὲ ὁ ἔρως ἦν. οὕτω δὲ εἶχε φιλοτιμίας πρὸς αὐτὸ, ὥστε καὶ ἵππον πριάμενος, ἐπεὶ θεασάμενον τὸ μειράκιον ἐπῄνεσεν, εὐθὺς ἐχαρίσατο, φέρων αὐτῷ τὸν ἵππον. ἔσκωπτον οὖν αὐτὸν ἀεὶ τῆς

secutus sum. E stratis autem surgens, & domo de industria egressus, in conspectu puellae deambulabam, tenens librum, quem fronte demissa legere videbar, & si quando ex adverso ianuae constitutus, oculos limos & demissos ad puellam convertebam; denique, peractis inambulando aliquot spatiis, amorem videndo hauriens palam discessi, animo misere affecto. Hunc in modum tres mihi dies consumti sunt.

VII. Erat consanguineus meus utroque parente orbatus, cui Cliniae nomen fuit. Is duobus annis me natu maior, artis amatoriae peritissimus, scilicet adolescentuli amore tenebatur: tantaque erga illum liberalitate usus fuerat, ut, cum equum emisset, visumque adolescens laudasset, eum illi statim sit elargitus. Hunc ego conviciis in-

1 Ἐξεπίτηδες ἐν παραδείσῳ τῆς οἰκίας) Omnes libri: ἐξεπίτηδες εἴσω τῆς οἰκίας. Quod quam falsum sit, patet e seqq. Statim enim subiicitur, Clitophontem ante domum puellae inambulasse, ibique aliquot διαύλους confecisse. Salmasius corr. ἔξω τῆς οἰκίας. Sed nos auctoris manum propius assecuti videmur. Infra I, 15 init. ἡ δὲ (κόρη) ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς οἰκίας.

ἀμεριμνίας, ὅτι σχολάζει φιλεῖν, καὶ δοῦλός ἐστιν ἐρωτικῆς ἡδονῆς. ὁ δέ μοι μειδιῶν, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπισείων, ἔλεγεν· ἔσῃ καὶ σύ μοί ποτε δοῦλος. Ταχὺ δὲ πρὸς τοῦτον ἀπιὼν, καὶ ἀσπασάμενος, καὶ παρακαθισάμενος· Ἔδωκα, ἔφην, Κλεινία, σοι δίκην τῶν σκωμμάτων. δοῦλος γέγονα κἀγώ. ἀνακροτήσας οὖν τὰς χεῖρας, ἐξεγέλασεν, καὶ ἀναστὰς κατεφίλησέ μου τὸ πρόσωπον, ἐμφαῖνον ἐρωτικὴν ἀγρυπνίαν. καὶ, Ἐρᾷς, εἶπεν, ἐρᾷς ἀληθῶς· οἱ ὀφθαλμοί σου λέγουσιν. Ἄρτι δὲ λέγοντος αὐτοῦ, Χαρικλῆς εἰστρέχει. τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ μειρακίῳ· τεθορυβημένος· Οἴχομαί σοι, λέγων, Κλεινία. Καὶ συνεστέναξεν ὁ Κλεινίας, ὥσπερ ἐκ τῆς ἐκείνου ψυχῆς κρεμάμενος. καὶ τῇ φωνῇ τρέμων· Ἀποκτείνεις, εἶπεν, σιωπῶν. τί σε λυπεῖ; τίνι δεῖ μάχεσθαι; Καὶ ὁ Χαρικλῆς· Γάμον, εἶπεν, ὁ

ſectari non ceſſabam, quod tantum ſibi a re ſua otii eſſet, ut amori operam daret, eiuſque illecebris irretitus teneretur. Ille autem me irridens, & caput quaſſans: Futurum aliquando eſt, inquit, ut tu quoque irretiaris. Ad eum igitur ſtatim cum veniſſem, ac data ſalute aſſediſſem: Iactatorum in te nunc, inquam, Clinia, conviciorum tibi poenas luo: captus enim ego quoque ſum. Tum ille iactatis manibus plaudens, in riſum ſeſe effudit: conſurgenſque amatorias vigilias indicantem faciem mihi ſuaviatus eſt: Revera, inquiens, amore captus es: tui enim id oculi declarant. Haec vix protulerat, cum Charicles, id erat adoleſcenti nomen, introiit, ac, vehementer conturbatus: Adſum, inquit, o Clinia, certiorem te ut faciam. Atque hic una cum eo ſuſpirans, Clinia, tanquam ex adoleſcentuli anima penderet, lingua titubante: Perdis me tuo, inquit, iſto cum ſilentio. Quid eſt, quod te excruciat? aut quîcum pugnandum erit? Tum Charicles: Uxorem, in-

πατήρ μοι προξενεῖ, καὶ γάμον ἀμόρφου κόρης, ἵνα διπλῷ συνοικῶ τῷ κακῷ. πονηρὸν μὲν γὰρ γυνὴ, κἂν εὔμορφος ᾖ· ἐὰν δὲ καὶ ἀμορφίαν δυστυχῇ, τὸ κακὸν διπλοῦν. ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον ὁ πατὴρ ἀποβλέπων, σπουδάζει τὸ κῆδος. ἐκδίδομαι ὁ δυστυχὴς τοῖς ἐκείνης χρήμασιν, ἵνα γήμω πωλούμενος.

ή. Ὡς οὖν ταῦτα ἤκουσεν ὁ Κλεινίας, ὠχρίασεν. ἐπιπαρώξυνεν οὖν τὸ μειράκιον ἀποθέσθαι τὸν γάμον, τὸ τῶν γυναικῶν γένος λοιδορῶν· Γάμον, εἶπεν, ἤδη σοι δίδωσιν ὁ πατήρ; τί γὰρ ἠδίκησας ἵνα πεδηθῇς; οὐκ ἀκούεις λέγοντος τοῦ Διός [1];

Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

αὕτη κακῶν ἡδονή. καὶ ἔοικε τῇ τῶν Σειρήνων φύσει. κἀκεῖναι γὰρ ἡδονῇ φονεύουσιν ᾠδῆς· ἔστι δέ σοι συνιέναι τὸ μέγεθος τοῦ κακοῦ, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ

quit, mihi pater dare ſtudet, eamque deformem, duplici ut malo mulƈter. Nam cum magnum malum ſit formoſa mulier, quî poterit deformis non duplo maius eſſe? Sed pater meus divitiis inhians, affinitatem iſtam affeƈtat. Me miſerum, qui pecuniae trador, ut uxoris mancipium ſim!

VIII. Quae Clinia cum audiviſſet, expalluit, atque in mulierum genus acerbius inveƈtus, adoleſcentem a re uxoria dehortatus eſt: Tibi ergo uxorem iam dat pater? Quidnam commeruiſti, ut in vincula coniiciaris? An non Iovem audis ita canentem?

His ego ſurrepti pretium ignis ab aethere peſtem
Demittam: laeta cunƈti quam mente ſequantur.

Eiuſmodi eſt, quae malis e rebus percipitur voluptas, Sirenum ſcilicet naturae perſimilis; illae enim cantus ſuavitate mortales perdunt. Mali autem magnitudinem ipſo

1 Heſiod. Op. & D. v. 57.

γάμου παρασκευῆς. βόμβος αὐλῶν, δικλίδων κτύπος, πυρσῶν δᾳδουχία. Ἐρεῖ τις ἰδὼν τοσοῦτον κυδοιμόν· ἀτυχὴς ὁ μέλλων γαμεῖν; ἐπὶ πόλεμον δοκεῖ μοι πέμπεσθαι. ἀλλ' εἰ μὲν ἰδιώτης ἦσθα μουσικῆς γνώσεως, ἠγνόεις ἂν τὰ τῶν γυναικῶν δράματα. νῦν δὲ κἂν ἄλλοις λέγοις, ὅσων ἐνέπλησαν μύθων γυναῖκες τὴν σκηνήν. ὅρμος Ἐριφύλης, Φιλομήλης ἡ τράπεζα, Σθενοβοίας ἡ διαβολὴ, Ἀερόπης ἡ κλοπὴ, Πρόκνης ἡ σφαγή. ἂν τὸ Χρυσηΐδος κάλλος Ἀγαμέμνων ποθῇ, λοιμὸν τοῖς Ἕλλησι ποιεῖ· ἂν τὸ Βρισηΐδος κάλλος Ἀχιλλεὺς ποθῇ, πένθος αὐτῷ προξενεῖ· ἐὰν ἔχῃ γυναῖκα Κανδαύλης καλὴν, φονεύει Κανδαύλην γυνή. τὸ μὲν γὰρ Ἑλένης τῶν γάμων πῦρ ἀνῆψε κατὰ τῆς Τροίας ἄλλο πῦρ. ὁ δὲ Πηνελόπης γάμος τῆς σώφρο-

ex nuptiarum apparatu, tibiarum videlicet clangore, crepitu valvarum, funalium incendio, intueri tibi licet. Iam quis tantos tumultus videns, non eum miſerum vocet, qui uxorem ſit ducturus? Mihi quidem certe in pugnam is mitti videtur. Si ab humaniorum literarum ſtudiis abhorreres, merito tu quidem mulierum facta ignorare poſſes. Verum cum iis tantum profeceris, ut aliis etiam, quot illae ſcenis argumenta ſuppeditaverint, commemorare queas; quid eſt quod Eriphyles monile, Philomelae menſam, calumniam Sthenoboeae, Aëropes inceſtum, Prognes in iugulando filio immanitatem oblivioni tradidiſſe videris? Quod ſi Agamemnonem Chryſeidis, Achillem Briſeidis forma pellexit aliquando, ambae utique in cauſa fuere, ut alterius exercitus peſtilentia conſumeretur, alter in ſqualore ac luctu diutiſſime iaceret. Formoſam hercule Candaules uxorem duxit: ſed ab ea etiam necatus fuit. Nuptiales Helenae faces Troiam cremaverunt. Penelopes caſtitas innumeros procos leto affecit. Ac

νος, πόσους νυμφίους ἀπώλεσεν; ἀπέκτεινεν Ἱππόλυτον φιλοῦσα Φαίδρα, Κλυταιμνήστρα δὲ Ἀγαμέμνονα μὴ φιλοῦσα. Ὦ πάντα τολμῶσαι γυναῖκες· κἂν φιλῶσι, φονεύουσι· κἂν μὴ φιλῶσι, φονεύουσι. Ἀγαμέμνονα ἔδει φονευθῆναι τὸν καλὸν, οὗ κάλλος οὐράνιον ἦν,

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ.

καὶ ταύτην ἀπέκοψεν, ὦ Ζεῦ, τὴν κεφαλὴν γυνή. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν εὐμόρφων τὶς ἂν εἴποι γυναικῶν, ἔνθα καὶ μέτριον τὸ ἀτύχημα. τὸ γὰρ κάλλος ἔχει τὴν παρηγορίαν τῶν κακῶν, καὶ τοῦτό ἐστιν ἐν ἀτυχήμασιν εὐτυχεῖν. εἰ δὲ μηδὲ εὔμορφος, ὡς φὴς, ἡ συμφορὰ διπλῆ. καὶ πῶς ἄν τις ἀνάσχοιτο, καὶ ταῦτα μειράκιον οὕτω καλόν; μὴ, πρὸς θεῶν, Χαρίκλεις, μήπω μοι δοῦλος γένῃ, μηδὲ τὸ ἄνθος πρὸ καιροῦ τῆς

Phaedra quidem Hippolytum, cuius amore flagrabat; Clytaemnestra vero Agamemnonem, quem oderat, e medio tolli curavit. O mulieres ad omne semper flagitium paratas! quae iis, quos diligunt, aeque perniciosae sunt, atque iis, quos oderunt. Quid vero causae fuit, quam ob rem Agamemnonem interfici oporteret, cuius pulchritudo coelestis erat,

Et caput, atque oculi similes magno altitonanti?

Et tamen viro huiusmodi, proh Iuppiter! caput mulier abscidit. Ac de formosis quidem mulieribus commemorari haec possint: in quarum consuetudine mediocris infelicitas inest: pulchritudo enim calamitatem aliqua ex parte levat, unumque ipsa in malo bonum est. Verum si, ut tu ais, deformis sit, duplo quidem certe maius malum fit. Ac quo pacto quis ferre queat, tali praesertim aetate, & forma tam bona? Ne te, per Deos, o Charicles, in servitutem tradas, neve florem aetatis tuae ante tempus per-

ἥβης ἀπολέσῃς. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ γάμου τὸ ἀτύχημα, μαραίνει τὴν ἀκμήν. μὴ, δέομαι, Χαρίκλεις, μήπω μοὶ μαρανθῇς· μὴ παραδῷς εὔμορφον τρυγῆσαι ῥόδον ἀμόρφῳ γεωργῷ. Καὶ ὁ Χαρικλῆς, Ταῦτα μὲν, ἔφη, καὶ θεοῖς καὶ ἐμοὶ μελήσει. καὶ γὰρ εἰς τὴν προθεσμίαν τῶν γάμων χρόνος ἐστὶν ἡμερῶν. πολλὰ δ' ἂν γένοιτο καὶ ἐν νυκτὶ μιᾷ, καὶ μετὰ σχολὴν ζητήσομεν. τὸ δὲ νῦν ἔχον, ἐφ' ἱππασίαν ἄπειμι. ἐξ οὗ γάρ μοι τὸν ἵππον ἐχαρίσω τὸν καλὸν, οὔπω σοῦ τῶν δώρων ἀπήλαυσα. ἐπικουφιεῖ δέ μοι τὸ γυμνάσιον τῆς ψυχῆς τὸ λυπούμενον. Ὁ μὲν οὖν ἀπῄει τὴν τελευταίαν ὁδὸν ὕστατα καὶ πρῶτα μελλήσων ἱππάζεσθαι.

θ'. Ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν Κλεινίαν καταλέγω μου τὸ δρᾶμα πῶς ἐγένετο, πῶς πάθοιμι, πῶς ἴδοιμι τὴν καταγωγὴν, τὸ δεῖπνον, τὸ κάλλος τῆς κόρης. τελευτῶν δὲ τῷ λόγῳ συνίην ἀσχημονῶν· Οὐ φέρω, λέ-

ditum eas. Ad alia, quae in nuptiis mala ſunt, id etiam accedit, aetatis robur ut abſumant. Noli, amabo te, Cha   ricle, noli, inquam, temet conficere, aut venuſtam roſam invenuſto agricolae colligendam praebere. Tum Charicles: Hoc Diis, inquit, & mihi curae fuerit: non enim, niſi poſt dies aliquot, nuptiae fient. Multa vero & una nocte agi poſſunt: interim nos per otium cavebimus. Nunc quod ſupereſt, abeo equitaturus: neque enim equo a te mihi donato hactenus uſus ſum. Exercitatio haec animi moerorem levabit. Ita ille ultimum abiit, primum ac poſtremum curriculum confecturus.

IX. Ego vero Cliniae, uti res meae ſeſe haberent, ut in amorem prolapſus eſſem, ut videndi mihi copia eſſet, narrare pergo: addo etiam diverſorium, coenam, puellae pulchritudinem. Tandem abſurda loqui me ſentiens: Do-

γων, Κλεινία, τὴν ἀνίαν, ὅλος γάρ μοι προσέπεσεν ὁ ἔρως, καὶ αὐτόν μου διώκει τὸν ὕπνον τῶν ὀμμάτων· πάντοτε Λευκίππην φαντάζομαι. Οὐ γέγονεν ἄλλῳ τινὶ τοιοῦτον ἀτύχημα. τὸ γάρ κακόν μοι καὶ συνοικεῖ. Καὶ ὁ Κλεινίας· Ληρεῖς, εἶπεν, οὕτως εἰς ἔρωτα εὐτυχῶν. οὐ γὰρ ἐπ' ἀλλοτρίας θύρας ἐλθεῖν σε δεῖ, οὐδὲ διάκονον παρακαλεῖν. αὐτήν σοι δέδωκε τὴν ἐρωμένην ἡ τύχη, καὶ φέρουσα ἔνδον ἵδρυσεν. ἄλλῳ μὲν γὰρ ἐραστῇ καὶ βλέμμα μόνον ἤρκεσε τῆς ἐρωμένης παρθένου, καὶ μέγιστον τοῦτο ἀγαθὸν νενόμικεν ἐραστὴς, ἐὰν μέχρι καὶ τῶν ὀμμάτων εὐτυχῇ. οἱ δὲ εὐδαιμονέστεροι τῶν ἐραστῶν, ἂν τύχωσι κἂν ῥήματος μόνον. σὺ δὲ βλέπεις ἀεὶ, καὶ ἀκούεις ἀεὶ, καὶ συνδειπνεῖς, καὶ συμπίνεις· καὶ τούτοις εὐτυχῶν ἐγκαλεῖς; ἀχάριστος εἶ πρὸς ἔρωτος δωρεάν· οὐκ οἶδας οἷόν ἐστιν ἐρωμένη καὶ βλεπομένη, μείζονα τῶν ἔργων

lori, o Clinia, par, inquam, eſſe nequeo. Amor enim ſuum in me furorem omnem effundit, nullum ſomno locum omnino ut relinquat. Leucippe mihi perpetuo in oculis, animoque verſatur: nec quiſquam eſt, cui calamitas huiuſmodi evenerit. Malum enim mihi domi eſt. Tum Clinia: Inſani quidem certe haec, inquit, oratio eſt, cum tam felici amore fruaris: neque enim alienae tibi fores adeundae, aut internuntii adhibendi ſunt: ipſam tibi amicam fortuna nedum dedit, ſed etiam in domo ſtatuit. Alteri quidem amanti ſatis eſſet, amatae virginis adſpectu frui: maximaque illi voluptas putaretur, ſi oculos videndo exſaturare poſſet. Beatiſſimi vero illi exiſtimantur, quibus colloquendi facultas tributa ſit. Tu autem & vides & audis ſemper, unaque & es, & potas: & quamquam tam beatus es, conquereris tamen? Ingrati in amorem animi crimine laboras. An neſcis, maiorem in exoptata virgine

ἔχεις τὴν ἡδονήν. ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀλλήλοις ἀντανακλώμενοι, ἀπομάττουσιν ὡς ἐν κατόπτρῳ τῶν σωμάτων τὰ εἴδωλα. ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀπορροὴ, δι' αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥέουσα, ἔχει τινὰ μίξιν ἐν ἀποστάσει. καὶ ὀλίγον ἐστὶ τῆς τῶν σωμάτων μίξεως. κενὴ γάρ ἐστι σωμάτων συμπλοκή. ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸ ἔργον ἔσεσθαι ταχὺ μαντεύομαι. μέγιστον γάρ ἐστιν ἐφόδιον εἰς πειθῶ, συνεχὴς πρὸς ἐρωμένην ὁμιλία. ὀφθαλμὸς γὰρ φιλίας πρόξενος· καὶ τὸ σύνηθες τῆς κοινωνίας, εἰς χάριν αἰδεσιμώτερον. εἰ γὰρ τὰ ἄγρια τῶν θηρίων συνηθείᾳ τιθασσεύεται, πολὺ μᾶλλον ταύτῃ μαλαχθείη καὶ γυνή. ἔχει δέ τι πρὸς παρθένον ἐπαγωγὸν ἡλικιώτης ἐρῶν. τὸ δὲ ἐν ὥρᾳ τῆς ἀκμῆς ἐπεῖγον εἰς τὴν φύσιν, καὶ τὸ συνειδὸς τοῦ φιλεῖσθαι, τίκτει πολλάκις ἀντέρωτα. θέλει γὰρ ἑκάστη τῶν

contemplanda voluptatem esse, quam in contrectanda? Nam dum sese oculi mutuo respectant, imagines corporum, speculorum instar, suscipiunt: pulchritudinis autem simulacra ipsis a corporibus missa, & oculorum ministerio in animam illabentia, nescio quam, seiunctis etiam corporibus ipsis, permixtionem sortiuntur, corporum congressu, qui certe inanis est, longe iucundiorem. Tibi vero ego rem brevi ex sententia processuram praenuntio. Maximum enim ad persuadendum momentum habet continuus usus. Conciliatores enim amoris oculi sunt: atque ad gratiam comparandam assidua consuetudo maximum in modum conducit: cuius quidem tanta vis est, ut feras, nedum mulieres, mansuefaciat. Iam vero aliquid etiam ad virginem illiciendam aequalis amantis aetas potest. Quod praeterea in ipso aetatis flore ad ea impellit, ad quae natura ferimur, si id etiam addatur, ut amari quaepiam se intelligat, mutuum amorem saepe gignit. Virginum enim

παρθένων εἶναι καλὴ, καὶ φιλουμένη χαίρει, καὶ ἐπαινεῖ τῆς μαρτυρίας τὸν φιλοῦντα. κἂν μὴ φιλήσῃ τὶς αὐτὴν, οὔπω πεπίστευκεν εἶναι καλή. ἓν οὖν σοι παραινῶ μόνον, ἐρᾶσθαι πιστευσάτω, καὶ ταχέως σὲ μιμήσεται. Πῶς οὖν, εἶπον, γένοιτο τοῦτο τὸ μάντευμα; δός μοι τὰς ἀφορμάς. σὺ γὰρ ἀρχαιότερος μύστης ἐμοῦ, καὶ συνηθέστερος ἤδη τῇ τελετῇ τοῦ θεοῦ. τί λέγω; τί ποιῶ; πῶς ἂν τύχοιμι τῆς ἐρωμένης; οὐκ οἶδα γὰρ ἐγὼ τὰς ὁδούς.

ι'. Μηδὲν, εἶπεν ὁ Κλεινίας, πρὸς ταῦτα ζήτει παρ' ἄλλου μαθεῖν· αὐτοδίδακτος γάρ ἐστιν ὁ θεὸς σοφιστής. ὥσπερ γὰρ τὰ ἀρτίτοκα τῶν βρεφῶν οὐδεὶς διδάσκει τὴν τροφὴν, αὐτόματα δὲ ἐκμανθάνει, καὶ οἶδεν ἐν τοῖς μαζοῖς οὖσαν αὐτοῖς τὴν τράπεζαν· οὕτω καὶ νεανίσκος ἔρωτος πρωτοκύμων, οὐ δεῖται διδασκα-

unaquaeque formosam se esse credi vult, atque amari gaudet, amatoremque tanquam formae testem laudibus extollit: ac si qua est, quae nondum se a quopiam diligi sentiat, sese minime formosam arbitratur. Illud unum ergo inprimis te hortor, ut omni studio enitare, quo se a te amari credat: ita enim te quam primum imitabitur. At quonam pacto ea, inquam, fient, quae praenuntias? Agedum tu, quid agam, me mone. Amoris enim sacris ante me initiatus es, maioreque usu polles. Quibus dictis, factisve utar? Quo modo amatae virginis compos evadam? Rationem enim inire ipse nescio.

X. Tum Clinia: Minime, inquit, opus est, ut id ex aliis discere labores. Deus hic ipse sibi praeceptor est: ac quemadmodum infantes vesci nemo docet, sed per se ipsi discunt, paratumque sibi esse in mamillis nutrimentum intelligunt; sic adolescentes amore tum primum praegnan-

λίας πρὸς τὸν τοκετόν. ἐὰν γὰρ ἡ ὠδὶς παραγένηται, καὶ ἐνστῇ τῆς ἀνάγκης ἡ προθεσμία, μηδὲν πλανηθῇς, κἂν πρωτοκύμων ᾖς· εὑρήσεις τεκεῖν ὑπ᾽ αὐτοῦ μαιωθεὶς θεοῦ. ὅσα δέ ἐστι κοινὰ, καὶ μὴ τῆς εὐκαίρου τύχης δεόμενα, ταῦτα ἀκούσας, μάθε. σὺ δὲ μηδὲν εἴπῃς πρὸς παρθένον ἀφροδίσιον. τὸ δὲ ἔργον ζήτει, πῶς γένοιτο σιωπῇ. παῖς γὰρ καὶ παρθένος, ὅμοιοι μέν εἰσιν εἰς αἰδῶ· πρὸς δὲ τὴν τῆς Ἀφροδίτης χάριν, κἂν γνώμης ἔχωσιν, ἃ πάσχουσιν, ἀκούειν οὐ θέλουσιν. τὴν γὰρ αἰσχύνην κεῖσθαι νομίζουσιν ἐν τοῖς ῥήμασιν. γυναῖκας μὲν γὰρ εὐφραίνει καὶ τὰ ῥήματα· παρθένος δὲ τοὺς μὲν ἔξωθεν ἀκροβολισμοὺς τῶν ἐραστῶν εἰς πεῖραν φέρει, καὶ ἄφνω συντίθεται τοῖς νεύμασιν· ἐὰν δὲ αἰτήσεις τὸ ἔργον προσελθὼν, ἐκπλήξεις αὐτῆς τὰ ὦτα τῇ φωνῇ, καὶ ἐρυθριᾷ, καὶ μισεῖ τὸ

tes, haudquaquam magiſtro ad pariendum indigent. Si te dolor ſtimulaverit, ac dies neceſſitatem afferat, quamvis primus hic tibi partus futurus ſit, non tamen errabis: ſed pariendi tibi facultatem Deus ipſe dabit. Quae autem vulgaria ſunt, nec temporis opportunitate aliqua opus habent, ea percipe. Virginem inprimis ne de ſtupro appelles, caveto: ſed ut negotium re ipſa conficiatur, ſilentio curato. Pari enim verecundia pueri ſunt & puellae. Ac quamquam venereorum cupiditate teneantur, non tamen de iis, quae perpetiuntur, ſermonem ſecum haberi volunt, turpitudinem in verbis collocatam exiſtimantes. Quae viros expertae ſunt, verbis etiam delectantur: virgines vero amantium praeludia tentandi gratia adhibita ferunt, nutibuſque velle ſeſe ſtatim ſignificant. Itaque ſi ad venerem verbis invites, aures eius oratione illa offendes, erube-

ῥῆμα, καὶ λοιδορεῖσθαι δοκεῖ. κἂν ὑποσχέσθαι θέλει τὴν χάριν, αἰσχύνεται· τότε γὰρ πάσχειν νομίζει τὸ ἔργον, ὅτε μᾶλλον τὴν πεῖραν ἐκ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς ἀκούει. ἐὰν δὲ τὴν πεῖραν προσάγων τὴν ἄλλην, καὶ εὐάγωγον αὐτὴν παρασκευάσας, ἡδέως ἤδη προσέρχῃ· σιώπα μὲν οὖν τὰ πολλὰ ὡς ἐν μυστηρίοις· φίλησον δὲ προσελθὼν ἠρέμα. τὸ γὰρ ἐραστοῦ φίλημα πρὸς ἐρωμένην θέλουσαν μὲν παρέχειν, αἴτησίς ἐστι σιωπῇ, πρὸς ἀπειθοῦσαν δὲ, ἱκετηρία. κἂν μὲν προσῇ τις συνθήκη τῆς πράξεως, πολλάκις δὲ καὶ ἑκοῦσαι πρὸς τὸ ἔργον ἐρχόμεναι, θέλουσι βιάζεσθαι δοκεῖν, ἵνα τῇ δόξῃ τῆς ἀνάγκης ἀποτρέπωνται τῆς αἰσχύνης τὸ ἑκούσιον. μὴ τοίνυν ὀκνήσῃς, ἐὰν ἀνθισταμένην αὐτὴν ἴδῃς, ἀλλ' ἐπιτήρει πῶς ἀνθίσταται. σοφίας γὰρ καὶ ταῦτα δεῖ. κἂν μὲν προσκαρτερῇ, ἐπίσχες τὴν βίαν.

ſcet, averſabitur tua dicta, convicium ſibi fieri putabit: ac quo minus vel cupiens promittat, pudore praepedietur: tunc enim ipſi ſe rei operam dare arbitratur, cum maioribus verborum illecebris ad eam invitari ſe audit. Sin vero conatu aliquo alio ſenſim adhibito morigeram illam reddens iam blandiendo promte acceſſeris, multo tu quidem, ſecluſis ut in ſacris fieri ſolet, ſilentio utitor, ac paulatim appropinquans oſculum dato. Amantis enim viri oſculatio apud volentem puellam tacitae petitionis, apud nolentem precationis obtinet locum. Iam vero etſi ex compacto, ac ſaepe etiam ſponte, aliquae obſequantur, vim tamen videri ſibi allatam volunt, quo neceſſitatis opinione voluntariam turpitudinem excuſent. Licet itaque repugnantem videas, detineri tamen noli: ſed quonam modo in repugnando ſe habeat, obſerva. Prudentia enim hac quoque in re opus eſt. Ac ſi perſtare in ſententia cognoveris, vim ne adhibeto, ſed nondum perſuaſam eſſe ſcito.

οὔπω γὰρ πείθεται. ἐὰν δὲ μαλθακωτέραν ἤδη θέλῃς, χορήγησον τὴν ὑπόκρισιν, μὴ ἀπολέσῃς σου τὸ δρᾶμα.

ια΄. Κἀγὼ δέ· Μεγάλα μὲν, ἔφην, ἐφόδιά μοι δέδωκας, καὶ εὔχομαι τυχεῖν, ὦ Κλεινία· φοβοῦμαι δ᾽ ὁμῶς, μὴ κακῶν μοι γένοιτο τὸ εὐτύχημα μειζόνων ἀρχὴ, καὶ ἐπιτρέψῃ με πρὸς ἔρωτα πλείονα. ἂν οὖν αὐξηθῇ τὸ δεινὸν, τί δράσω; γαμεῖν μὲν οὐκ ἂν δυναίμην. ἄλλῃ γὰρ δέδομαι παρθένῳ. ἐπίκειται δέ μοι πρὸς τοῦτον τὸν γάμον ὁ πατὴρ, δίκαια αἰτῶν, οὐ ξένην, οὐδὲ αἰσχρὰν, γῆμαι, κόρην, οὐδ᾽ ὡς Χαρικλέα, πλούτῳ με πωλεῖ, ἀλλ᾽ αὐτοῦ μοι δίδωσι θυγατέρα, καλὴν μὲν, ὦ θεοὶ, πρὶν Λευκίππην ἰδεῖν, νῦν δὲ καὶ πρὸς τὸ κάλλος αὐτῆς τυφλώττω, καὶ πρὸς Λευκίππην μόνην τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχω. ἐν μεθορίῳ κεῖμαι δύο ἐναντίων. ἔρως ἀνταγωνίζεται, καὶ πατήρ.

Tractabiliorem autem eam reddi si voles, dissimulato: neque tute tibi rem tuam perditum ito.

XI. Tum ego: Magna mihi, o Clinia, inquam, adiumenta suppeditasti: neque dubito, quin e sententia res procedat. Verum enimvero metuo, ne maiorum felicitas haec mihi malorum initium sit, atque ardentiorem me in flammam coniiciat. Quamobrem si morbus hic incrementum capiat, quid mihi agendum erit? Hanc quidem uxorem ducere non possim, propterea quod altera mihi, auctore ac suasore patre, non iniusta volente, desponsa est, minime illa quidem peregrina deformisve. Nec vero me illi, quod de Charicle sit, pater venundat: sed filiam mihi suam dat omnium, excepta Leucippe, formosissimam. Verum ego nunc, quod quidem ad illius formam spectandam attinet, oculis captus sum: neque omnino quidquam praeter Leucippen cerno. Saneque inter duo contraria ver-

ὁ μὲν ἕστηκεν αἰδοῖ [1] κρατῶν, ὁ δὲ κάθηται πυρπολῶν. πῶς κρίνω τὴν δίκην; ἀνάγκη μάχεται, καὶ Φύσις, καὶ θέλω μέν σοι δικάσαι, πατὴρ, ἀλλ' ἀντίδικον ἔχω χαλεπώτερον. βασανίζει τὸν δικαστὴν, ἕστηκε μετὰ βελῶν, κρίνεται μετὰ πυρός. ἂν ἀπειθὴς ὦ [2], πάτερ, αὐτῷ, καίομαι τῷ πυρί.

ιβ'. Ἡμεῖς μὲν οὖν ταῦτα ἐφιλοσοφοῦμεν περὶ τοῦ θεοῦ· ἐξαίφνης δὲ παῖς εἰστρέχει τῶν τοῦ Χαρικλέους οἰκετῶν, ἔχων ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν ἀγγελίαν τοῦ κακοῦ, ὡς καὶ τὸν Κλεινίαν εὐθὺς ἀνακραγεῖν θεασάμενον· κακόν τι γέγονεν Χαρικλεῖ. Ἅμα δὲ αὐτῷ λέγοντι, συνεξεφώνησεν ὁ οἰκέτης· Τέθνηκε Χαρικλῆς. Τὸν μὲν οὖν Κλεινίαν πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἀφῆκεν ἡ φωνὴ, καὶ ἔμεινεν ἀκίνητος· ὥσπερ τυφῶνι βεβλη-

ſor; amoris vehementia, & patris pudor, animum meum diverſe trahunt. Quî controverſiam hanc diiudicabo? Neceſſitas cum natura pugnat. Mihi quidem ſecundum te, pater, ſententiam dicere in animo eſt: ſed adverſarii potentia obſtat. Is tormenta iudici adhibet, adeſt cum ſagittis, faces tenens cauſam dicit. Niſi parebo illi, pater, flammis circumvenior.

XII. Haec de Amore Deo inter nos philoſophabamur, cum repente familiarium Chariclis unus ingreſſus eſt, adverſum nuntium vultu ipſo prae ſe ferens, ita ut eo viſo Clinia vocem hanc ſtatim miſerit: Charicli certe mali aliquid evenit. Quae verba proferre nondum finierat, cum ille: Charicles, inquit, mortuus eſt. Quo nuntio ita perculſus eſt Clinia, ut tanquam fulmine ictum vox eum mo-

1 Phaedria Ter. Andr. I, 5, 25: *Tot me impediunt curae, quae meum animum diverſe trahunt: Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio: Tum patris pudor.*

2 Ἂν ἀπειθὴς ὦ) Diſiunximus, quod in omnibus libris corrupte ac ſine ſenſu legebatur verbum, ἀναπειθήσω.

μένος τῷ λόγῳ. Ὁ δὲ οἰκέτης διηγεῖται· Ἐπὶ μὲν τὸν ἵππον τὸν σὸν ἐκάθισεν, ὦ Κλεινία. ὃς τὰ πρῶτα μὲν ἤλαυνεν ἠρέμα. δύο δὲ περιελθὼν ἢ τρεῖς δρόμους, τὴν ἱππασίαν ἐπέσχε, καὶ τὸν ἵππον ἱδροῦντα κατέψα καθήμενος, τοῦ ῥυτῆρος ἀμελήσας. ἀπομάττοντος δὲ τῆς ἕδρας τοὺς ἱδρῶτας, ψόφος κατόπιν γίνεται. καὶ ὁ ἵππος ἐκταραχθεὶς, πηδᾷ, ὄρθιον ἀρθεὶς, καὶ ἀλογίστως ἐφέρετο. τὸν γὰρ χαλινὸν δακὼν, καὶ τὸν αὐχένα σιμώσας, καὶ φρίξας τὴν κόμην, οἰστρηθεὶς τῷ φόβῳ, δι' ἀέρος ἵπτατο. τῶν δὲ ποδῶν οἱ μὲν ἔμπροσθεν ἥλλοντο· οἱ δὲ ὄπισθεν τοὺς πρόσθεν ἐπειγόμενοι φθάσαι, τὸν δρόμον ἐπέσπευδον, διώκοντες τὸν ἵππον. ὁ δὲ ἵππος τῇ τῶν ποδῶν κυρτούμενος ἁμίλλῃ, ἄνω τε καὶ κάτω πηδῶν πρὸς τὴν ἑκατέρων σπουδὴν, δίκην νηὸς χειμαζομένης τοῖς νώτοις ἐκυμαίνετο. ὁ δὲ κακοδαίμων Χαρικλῆς, ὑπὸ τοῦ τῆς ἱππείας ταλαντευόμενος κύματος, ἐκ τῆς ἕδρας ἐσφαιρίζετο, ποτὲ μὲν ἐπ'

tusque defecerint. Puer narrare pergens: Ascenderat, inquit, Charicles tuum in equum, Clinia, & leviter primo eum impulit: dein vero cum duos tresve cursus confecisset, sustinuit impetum equi, cui in eo sedens abstersit sudorem, remissis habenis. Dum vero madidam sudore sellam detergit, strepitus a tergo fieri: quo perterritus equus, ac sese in altum saltu dans, huc illuc incerto cursu ferri coepit: frenum enim mordens, collum intorquens, iubas quatiens, ac pavore stimulatus in aërem sustollebatur: anteriores pedes saliebant; posteriores, primos praevertere festinantes, cursum accelerabant, equumque propellebant: qui huiusmodi pedum contentione sublatus sursum, deorsumque, pro modo celeritatis eorum, instar fluctuantis navis, dorso agitabatur. Miser vero Charicles, equi impetu, ceu fluctu, vibratus sellaque deturbatus,

οὐρὰν κατολισθαίνων, ποτὲ δὲ ἐπὶ τράχηλον κυβιστῶν. ὁ δὲ τοῦ κλύδωνος ἐπίεζεν αὐτὸν χειμών. τῶν δὲ ῥυτήρων οὐκέτι κρατεῖν δυνάμενος, δοὺς δὲ ἑαυτὸν, ὅμως τῷ τοῦ δρόμου πνεύματι, τῆς τύχης ἦν. ὁ δὲ ἵππος, ῥώμῃ θέων ἐκτρέπεται τῆς λεωφόρου, καὶ ἐς ὕλην ἐπήδησεν, καὶ εὐθὺς τὸν ἄθλιον Χαρικλέα περιῤῥήγνυσι δένδρῳ. ὁ δ', ὡς ἀπὸ μηχανῆς προσαραχθεὶς, ἐκκρούεται μὲν τῆς ἕδρας, ὑπὸ δὲ τῶν τοῦ δένδρου κλάδων τὸ πρόσωπον αἰσχύνεται, καὶ τοσούτοις περιδρύπτεται τραύμασιν, ὅσαι τῶν δένδρων ἦσαν αἱ αἰχμαί. οἱ δὲ ῥυτῆρες αὐτῷ περιδεθέντες, οὐκ ἤθελον ἀφεῖναι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀνθεῖλκον αὐτὸν, ἐπισύροντες θανάτου τρίβον· ὁ δὲ ἵππος ἔτι μᾶλλον ἐκταραχθεὶς τῷ πτώματι, καὶ ἐμποδιζόμενος εἰς τὸν δρόμον τῷ σώματι, κατεπάτει τὸν ἄθλιον, ἐκλακτίζων τὸν δεσμὸν τῆς φυγῆς· ὥστε οὐκ ἂν αὐτόν τις ἰδὼν οὐδὲ γνωρίσειεν.

ιγ'. Ταῦτα μὲν οὖν ἀκούων ὁ Κλεινίας, ἐσίγα τι-

nunc ad caudam reiiciebatur, nunc ad collum provolvebatur, fluctuationeque huiusmodi miserum in modum vexabatur. Tandem cum habenas moderari amplius nequiret, fortunae se flatibus totum permisit. Tum vero equus vehementer incitatus, atque a recto tramite deflectens, in silvam se coniecit, miserumque adolescentulum arbori statim illisit: qui, tanquam tormento emissus, e sella deturbatus est, facie tot vulneribus deformata, quot ramorum cuspides eiectum exceperunt. Ipsum vero corpus habenis implicitum in mortis semitam raptatum fuit. Illius autem lapsu adhuc magis perterrefactus equus, & corpore, ne currere posset, impeditus, miserum pedibus conculcavit, calcibusque fugae obstaculum contrivit, ut iam nemo illum agnosceret.

XIII. His cognitis rebus Clinia stupore oppressus ali-

να χρόνον ὑπὸ ἐκπλήξεως. μεταξὺ δὲ νήψας ἐκ τοῦ κακοῦ διωλύγιον ἐκώκυσεν [1], καὶ ἐκδραμεῖν ἐπὶ τὸ σῶμα μὲν ἠπείγετο. ἐπηκολούθουν δὲ κἀγὼ, παρηγορῶν ὡς ἠδυνάμην. καὶ ἐν τούτῳ Φοράδην Χαρικλῆς ἐκομίζετο, θέαμα οἴκτιστον καὶ ἐλεεινόν. ὅλος γὰρ τραῦμα ἦν· ὥστε μηδένα τῶν παρόντων κατασχεῖν τὰ δάκρυα. ἐξῆρχε δὲ τοῦ θρήνου ὁ πατὴρ, πολυτάρακτον βοῶν· Οἷος ἀπ' ἐμοῦ προελθὼν, οἷος ἐπανέρχῃ μοι, τέκνον; ὢ πονηρῶν ἱππασμάτων. οὐδὲ κοινῷ μοι θανάτῳ τέθνηκας· οὐδὲ εὐσχήμων φαίνῃ νεκρός. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις τῶν ἀποθανόντων καὶ ἴχνος τῶν γνωρισμάτων διασώζεται, κἂν τὸ ἄνθος τὶς τῶν προσώπων ἀπολέσῃ, τηρεῖ τὸ εἴδωλον καὶ παρηγορεῖ τὸν λυπούμενον καθεύδοντα μιμούμενος. τὴν μὲν γὰρ ψυχὴν ἐξεῖλεν

quamdiu tacuit: deinde, tanquam impetrata a dolore venia, maximos edidit eiulatus, ac summa cum celeritate ad cadaver se contulit: quem ipse quoque quibus poteram verbis consolando secutus sum. Interea Charicles allatus est, luctuosum sane ac miserabile spectaculum praebens. Totus enim concisus erat, ac lacer, adeo ut eorum, qui aderant, nemo lacrimas contineret. Porro illius pater lamentationem huiusmodi magno cum gemitu ac plangore coepit: Qualis a me abisti, fili? qualis reverteris? O diram equitandi artem! Tu consueta morte mihi ereptus non fuisti: sed nec, quae mortuo conveniat, imago tibi relicta est. Aliis in cadaveribus vel ipsa lineamentorum vestigia servantur, quamvis vigor ex vultu abscesserit, effigies ipsa tamen relinquitur, quae dormientem imitata dolentium moerorem levet. Animam quidem certe homini

1 Διωλύγιον ἐκώκυσεν) Utraque editio vitiose: διωλύγιον. *Bod.* Imo recte, o bone. Vide Dorvill. ad Charit. p. 278.

ὁ θάνατος. ἐν δὲ τῷ σώματι, τηρεῖ τὸν ἄνθρωπον. σοῦ δὲ ὁμοῦ καὶ ταῦτα διέφθειρεν ἡ τύχη, καί μοι τέθνηκας θάνατον διπλοῦν, ψυχῇ καὶ σώματι. οὕτως σου τέθνηκεν καὶ τῆς εἰκόνος ἡ σκιά. ἡ μὲν γὰρ ψυχή σου πέφευγεν· οὐχ εὑρίσκω δέ σε οὐδὲ ἐν τῷ σώματι· πότε μοι, τέκνον, γαμεῖς; πότε σου θύω τοὺς γάμους, ἱππεῦ, καὶ νυμφίε· νυμφίε μὲν ἀτελῆ, ἱππεῦ δὲ δυστυχῆ. τάφος μέν σοι, τέκνον, ὁ θάλαμος· γάμος δὲ ὁ θάνατος· θρῆνος ὁ ὑμέναιος· ὁ δὲ κωκυτὸς τῶν γάμων οὗτος, ᾠδαί. ἄλλο σοι, τέκνον, προσεδόκων πῦρ ἀνάψαι· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔσβεσεν ἡ πονηρὰ τύχη μετὰ σοῦ· ἀνάπτει δέ σοι δᾷδας κακῶν. ὢ πονηρᾶς τῆς σῆς δᾳδουχίας· ἡ νυμφική σοι δᾳδουχία ταφὴ γίγνεται.

ιδʹ. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐκώκυσεν ὁ πατήρ. ἑτέρωθεν δὲ καθ' αὑτὸν ὁ Κλεινίας· καὶ ἦν θρήνων ἅμιλλα, ἐραστοῦ καὶ πατρός· Ἐγώ μου τὸν δεσπότην ἀπο-

mors adimit: verum in corpore hominis formam relinquit. Sed tibi haec etiam a fortuna fuit erepta. Morte igitur duplici affectus es, corporis videlicet, atque animae. Ita imaginis quoque umbra commortua est. Spiritus ipse quidem tuus avolavit: nec tamen in corpore te invenio. Ecquando, fili, mihi uxorem duces? Ecquando, imperfecte sponse atque infelix eques, nuptialia tibi sacra celebrabo? Tibi, o fili, nunc pro thalamo sepulcrum, pro nuptiis mors, pro hymenaeo naeniae, pro nuptiali cantu lamentationes paratae sunt. Aliusmodi tibi ego ignes, fili, accendere sperabam. Sed invida illos una tecum fortuna exstinxit, funebresque pro iis faces excitavit. O diras faces! Nuptialis flamma in sepulcralem tibi commutata est.

XIV. Ad hunc sane modum pater conquerebatur. Clinia vero contra (lugendo enim pater atque amator certabant) secum ipse solus: Ego quidem, inquit, hero meo

ἔχεις τὴν ἡδονήν. ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀλλήλοις ἀντανακλώμενοι, ἀπομάττουσιν ὡς ἐν κατόπτρῳ τῶν σωμάτων τὰ εἴδωλα. ἡ δὲ τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴ, δι' αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥέουσα, ἔχει τινὰ μίξιν ἐν ἀποστάσει. καὶ ὀλίγον ἐστὶ τῆς τῶν σωμάτων μίξεως. κενὴ γάρ ἐστι σωμάτων συμπλοκή. ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸ ἔργον ἔσεσθαι ταχὺ μαντεύομαι. μέγιστον γάρ ἐστιν ἐφόδιον εἰς πειθὼ, συνεχὴς πρὸς ἐρωμένην ὁμιλία. ὀφθαλμὸς γὰρ φιλίας πρόξενος· καὶ τὸ σύνηθες τῆς κοινωνίας, εἰς χάριν αἰδεσιμώτερον. εἰ γὰρ τὰ ἄγρια τῶν θηρίων συνηθείᾳ τιθασσεύεται, πολὺ μᾶλλον ταύτῃ μαλαχθείη καὶ γυνή. ἔχει δέ τι πρὸς παρθένον ἐπαγωγὸν ἡλικιώτης ἐρῶν. τὸ δὲ ἐν ὥρᾳ τῆς ἀκμῆς ἐπεῖγον εἰς τὴν φύσιν, καὶ τὸ συνειδὸς τοῦ φιλεῖσθαι, τίκτει πολλάκις ἀντέρωτα. θέλει γὰρ ἑκάστη τῶν

contemplanda voluptatem esse, quam in contrectanda? Nam dum sese oculi mutuo respectant, imagines corporum, speculorum instar, suscipiunt: pulchritudinis autem simulacra ipsis a corporibus missa, & oculorum ministerio in animam illabentia, nescio quam, seiunctis etiam corporibus ipsis, permixtionem sortiuntur, corporum congressu, qui certe inanis est, longe iucundiorem. Tibi vero ego rem brevi ex sententia processuram praenuntio. Maximum enim ad persuadendum momentum habet continuus usus. Conciliatores enim amoris oculi sunt: atque ad gratiam comparandam assidua consuetudo maximum in modum conducit: cuius quidem tanta vis est, ut feras, nedum mulieres, mansuefaciat. Iam vero aliquid etiam ad virginem illiciendam aequalis amantis aetas potest. Quod praeterea in ipso aetatis flore ad ea impellit, ad quae natura ferimur, si id etiam addatur, ut amari quaepiam se intelligat, mutuum amorem saepe gignit. Virginum enim

παρθένων εἶναι καλὴ, καὶ φιλουμένη χαίρει, καὶ ἐπαινεῖ τῆς μαρτυρίας τὸν φιλοῦντα. κἂν μὴ φιλήσῃ τὶς αὐτὴν, οὔπω πεπίστευκεν εἶναι καλή. ἓν οὖν σοι παραινῶ μόνον, ἐρᾶσθαι πιστευσάτω, καὶ ταχέως σε μιμήσεται. Πῶς οὖν, εἶπον, γένοιτο τοῦτο τὸ μάντευμα; δός μοι τὰς ἀφορμάς. σὺ γὰρ ἀρχαιότερος μύστης ἐμοῦ, καὶ συνηθέστερος ἤδη τῇ τελετῇ τοῦ θεοῦ. τί λέγω; τί ποιῶ; πῶς ἂν τύχοιμι τῆς ἐρωμένης; οὐκ οἶδα γὰρ ἐγὼ τὰς ὁδούς.

ι'. Μηδὲν, εἶπεν ὁ Κλεινίας, πρὸς ταῦτα ζήτει παρ' ἄλλου μαθεῖν· αὐτοδίδακτος γάρ ἐστιν ὁ θεὸς σοφιστής. ὥσπερ γὰρ τὰ ἀρτίτοκα τῶν βρεφῶν οὐδεὶς διδάσκει τὴν τροφὴν, αὐτόματα δὲ ἐκμανθάνει, καὶ οἶδεν ἐν τοῖς μαζοῖς οὖσαν αὐτοῖς τὴν τράπεζαν· οὕτω καὶ νεανίσκος ἔρωτος πρωτοκύμων, οὐ δεῖται διδασκα-

unaquaeque formof m fe effe credi vult, atque amari gaudet, amatoremque tanquam formae teftem laudibus extollit: ac fi qua eft, quae nondum fe a quopiam diligi fentiat, fefe minime formofam arbitratur. Illud unum ergo inprimis te hortor, ut omni ftudio enitare, quo fe a te amari credat: ita enim te quam primum imitabitur. At quonam pacto ea, inquam, fient, quae praenuntias? Agedum tu, quid agam, me mone. Amoris enim facris ante me initiatus es, maioreque ufu polles. Quibus dictis, factifve utar? Quo modo amatae virginis compos evadam? Rationem enim inire ipfe nefcio.

X. Tum Clinia: Minime, inquit, opus eft, ut id ex aliis difcere labores. Deus hic ipfe fibi praeceptor eft: ac quemadmodum infantes vefci nemo docet, fed per fe ipfi difcunt, paratumque fibi effe in mamillis nutrimentum intelligunt; fic adolefcentes amore tum primum praegnan-

λίας πρὸς τὸν τοκετόν. ἐὰν γὰρ ἡ ὠδὶς παραγένηται, καὶ ἐνστῇ τῆς ἀνάγκης ἡ προθεσμία, μηδὲν πλανηθῇς, κἂν πρωτοκύμων ᾖς· εὑρήσεις τεκεῖν ὑπ' αὐτοῦ μαιωθεὶς θεοῦ. ὅσα δέ ἐστι κοινὰ, καὶ μὴ τῆς εὐκαίρου τύχης δεόμενα, ταῦτα ἀκούσας, μάθε. σὺ δὲ μηδὲν εἴπῃς πρὸς παρθένον ἀφροδίσιον. τὸ δὲ ἔργον ζήτει, πῶς γένοιτο σιωπῇ. παῖς γὰρ καὶ παρθένος, ὅμοιοι μέν εἰσιν εἰς αἰδῶ· πρὸς δὲ τὴν τῆς Ἀφροδίτης χάριν, κἂν γνώμης ἔχωσιν, ἃ πάσχουσιν, ἀκούειν οὐ θέλουσιν. τὴν γὰρ αἰσχύνην κεῖσθαι νομίζουσιν ἐν τοῖς ῥήμασιν. γυναῖκας μὲν γὰρ εὐφραίνει καὶ τὰ ῥήματα· παρθένος δὲ τοὺς μὲν ἔξωθεν ἀκροβολισμοὺς τῶν ἐραστῶν εἰς πεῖραν φέρει, καὶ ἄφνω συντίθεται τοῖς νεύμασιν· ἐὰν δὲ αἰτήσεις τὸ ἔργον προσελθὼν, ἐκπλήξεις αὐτῆς τὰ ὦτα τῇ φωνῇ, καὶ ἐρυθριᾷ, καὶ μισεῖ τὸ

tes, haudquaquam magiſtro ad pariendum indigent. Si te dolor ſtimulaverit, ac dies neceſſitatem afferat, quamvis primus hic tibi partus futurus ſit, non tamen errabis: ſed pariendi tibi facultatem Deus ipſe dabit. Quae autem vulgaria ſunt, nec temporis opportunitate aliqua opus habent, ea percipe. Virginem inprimis ne de ſtupro appelles, caveto: ſed ut negotium re ipſa conficiatur, ſilentio curato. Pari enim verecundia pueri ſunt & puellae. Ac quamquam venereorum cupiditate teneantur, non tamen de iis, quae perpetiuntur, ſermonem ſecum haberi volunt, turpitudinem in verbis collocatam exiſtimantes. Quae viros expertae ſunt, verbis etiam delectantur: virgines vero amantium praeludia tentandi gratia adhibita ferunt, nutibuſque velle ſeſe ſtatim ſignificant. Itaque ſi ad venerem verbis invites, aures eius oratione illa offendes, erube-

ῥῆμα, καὶ λοιδορεῖσθαι δοκεῖ. κἂν ὑποσχέσθαι θέλει τὴν χάριν, αἰσχύνεται· τότε γὰρ πάσχειν νομίζει τὸ ἔργον, ὅτε μᾶλλον τὴν πεῖραν ἐκ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς ἀκούει. ἐὰν δὲ τὴν πεῖραν προσάγων τὴν ἄλλην, καὶ εὐάγωγον αὐτὴν παρασκευάσας, ἡδέως ἤδη προσέρχῃ· σιώπα μὲν οὖν τὰ πολλὰ ὡς ἐν μυστηρίοις· φίλησον δὲ προσελθὼν ἠρέμα. τὸ γὰρ ἐραστοῦ φίλημα πρὸς ἐρωμένην θέλουσαν μὲν παρέχειν, αἴτησίς ἐστι σιωπῇ, πρὸς ἀπειθοῦσαν δὲ, ἱκετηρία. κἂν μὲν προσῇ τις συνθήκη τῆς πράξεως, πολλάκις δὲ καὶ ἑκοῦσαι πρὸς τὸ ἔργον ἐρχόμεναι, θέλουσι βιάζεσθαι δοκεῖν, ἵνα τῇ δόξῃ τῆς ἀνάγκης ἀποτρέπωνται τῆς αἰσχύνης τὸ ἑκούσιον. μὴ τοίνυν ὀκνήσῃς, ἐὰν ἀνθισταμένην αὐτὴν ἴδῃς, ἀλλ᾽ ἐπιτήρει πῶς ἀνθίσταται. σοφίας γὰρ καὶ ταῦτα δεῖ. κἂν μὲν προσκαρτερῇ, ἐπίσχες τὴν βίαν.

ſcet, averſabitur tua dicta, convicium ſibi fieri putabit: ac quo minus vel cupiens promittat, pudore praepedietur: tunc enim ipſi ſe rei operam dare arbitratur, cum maioribus verborum illecebris ad eam invitari ſe audit. Sin vero conatu aliquo alio ſenſim adhibito morigeram illam reddens iam blandiendo promte acceſſeris, multo tu quidem, ſecluſis ut in ſacris fieri ſolet, ſilentio utitor, ac paulatim appropinquans oſculum dato. Amantis enim viri oſculatio apud volentem puellam tacitae petitionis, apud nolentem precationis obtinet locum. Iam vero etſi ex compacto, ac ſaepe etiam ſponte, aliquae obſequantur, vim tamen videri ſibi allatam volunt, quo neceſſitatis opinione voluntariam turpitudinem excuſent. Licet itaque repugnantem videas, detineri tamen noli: ſed quonam modo in repugnando ſe habeat, obſerva. Prudentia enim hac quoque in re opus eſt. Ac ſi perſtare in ſententia cognoveris, vim ne adhibeto, ſed nondum perſuaſam eſſe ſcito.

οὔπω γὰρ πείθεται. ἐὰν δὲ μαλθακωτέραν ἤδη θέλῃς, χορήγησον τὴν ὑπόκρισιν, μὴ ἀπολέσῃς σου τὸ δρᾶμα.

ια´. Κἀγὼ δέ· Μεγάλα μὲν, ἔφην, ἐφόδιά μοι δέδωκας, καὶ εὔχομαι τυχεῖν, ὦ Κλεινία· φοβοῦμαι δ᾽ ὅμως, μὴ κακῶν μοι γένοιτο τὸ εὐτύχημα μειζόνων ἀρχὴ, καὶ ἐπιτρέψῃ με πρὸς ἔρωτα πλείονα. ἂν οὖν αὐξηθῇ τὸ δεινὸν, τί δράσω; γαμεῖν μὲν οὐκ ἂν δυναίμην. ἄλλῃ γὰρ δέδομαι παρθένῳ. ἐπίκειται δέ μοι πρὸς τοῦτον τὸν γάμον ὁ πατὴρ, δίκαια αἰτῶν, οὐ ξένην, οὐδὲ αἰσχρὰν, γῆμαι, κόρην, οὐδ᾽ ὡς Χαρικλέα, πλούτῳ με πωλεῖ, ἀλλ᾽ αὐτοῦ μοι δίδωσι θυγατέρα, καλὴν μὲν, ὦ θεοὶ, πρὶν Λευκίππην ἰδεῖν, νῦν δὲ καὶ πρὸς τὸ κάλλος αὐτῆς τυφλώττω, καὶ πρὸς Λευκίππην μόνην τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχω. ἐν μεθορίῳ κεῖμαι δύο ἐναντίων. ἔρως ἀνταγωνίζεται, καὶ πατήρ.

Tractabiliorem autem eam reddi si voles, dissimulato: neque tute tibi rem tuam perditum ito.

XI. Tum ego: Magna mihi, o Clinia, inquam, adiumenta suppeditasti: neque dubito, quin e sententia res procedat. Verum enimvero metuo, ne maiorum felicitas haec mihi malorum initium sit, atque ardentiorem me in flammam coniiciat. Quamobrem si morbus hic incrementum capiat, quid mihi agendum erit? Hanc quidem uxorem ducere non possim, propterea quod altera mihi, auctore ac suasore patre, non iniusta volente, desponsa est, minime illa quidem peregrina deformisve. Nec vero me illi, quod de Charicle fit, pater venundat: sed filiam mihi suam dat omnium, excepta Leucippe, formosissimam. Verum ego nunc, quod quidem ad illius formam spectandam attinet, oculis captus sum: neque omnino quidquam praeter Leucippen cerno. Saneque inter duo contraria ver-

ὁ μὲν ἕστηκεν αἰδοῖ[1] κρατῶν, ὁ δὲ κάθηται πυρπολῶν. πῶς κρίνω τὴν δίκην; ἀνάγκη μάχεται, καὶ φύσις, καὶ θέλω μέν σοι δικάσαι, πατὴρ, ἀλλ' ἀντίδικον ἔχω χαλεπώτερον. βασανίζει τὸν δικαστὴν, ἕστηκε μετὰ βελῶν, κρίνεται μετὰ πυρός. ἂν ἀπειθὴς ὦ[2], πάτερ, αὐτῷ, καίομαι τῷ πυρί.

ιβ'. Ἡμεῖς μὲν οὖν ταῦτα ἐφιλοσοφοῦμεν περὶ τοῦ θεοῦ· ἐξαίφνης δὲ παῖς εἰστρέχει τῶν τοῦ Χαρικλέους οἰκετῶν, ἔχων ἐπὶ τοῦ προσώπου τὴν ἀγγελίαν τοῦ κακοῦ, ὡς καὶ τὸν Κλεινίαν εὐθὺς ἀνακραγεῖν θεασάμενον· κακόν τι γέγονεν Χαρικλεῖ. Ἅμα δὲ αὐτῷ λέγοντι, συνεξεφώνησεν ὁ οἰκέτης· Τέθνηκε Χαρικλῆς. Τὸν μὲν οὖν Κλεινίαν πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἀφῆκεν ἡ φωνὴ, καὶ ἔμεινεν ἀκίνητος· ὥσπερ τυφῶνι βεβλη-

ſor; amoris vehementia, & patris pudor, animum meum diverſe trahunt. Quî controverſiam hanc diiudicabo? Neceſſitas cum natura pugnat. Mihi quidem ſecundum te, pater, ſententiam dicere in animo eſt: ſed adverſarii potentia obſtat. Is tormenta iudici adhibet, adeſt cum ſagittis, faces tenens cauſam dicit. Niſi parebo illi, pater, flammis circumvenior.

XII. Haec de Amore Deo inter nos philoſophabamur, cum repente familiarium Chariclis unus ingreſſus eſt, adverſum nuntium vultu ipſo prae ſe ferens, ita ut eo viſo Clinia vocem hanc ſtatim miſerit: Charicli certe mali aliquid evenit. Quae verba proferre nondum finierat, cum ille: Charicles, inquit, mortuus eſt. Quo nuntio ita perculſus eſt Clinia, ut tanquam fulmine ictum vox eum mo-

1 Phaedria Ter. Andr. I, 5, 25: *Tot me impediunt curae, quae meum animum diverſe trahunt: Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio: Tum patris pudor.*

2 Ἂν ἀπειθὴς ὦ) Diſiunximus, quod in omnibus libris corrupte ac ſine ſenſu legebatur verbum, ἀναπειθήσω.

μένος τῷ λόγῳ. Ὁ δὲ οἰκέτης διηγεῖται· Ἐπὶ μὲν τὸν ἵππον τὸν σὸν ἐκάθισεν, ὦ Κλεινία. ὃς τὰ πρῶτα μὲν ἤλαυνεν ἠρέμα. δύο δὲ περιελθὼν ἢ τρεῖς δρόμους, τὴν ἱππασίαν ἐπέσχε, καὶ τὸν ἵππον ἱδροῦντα κατέψα καθήμενος, τοῦ ῥυτῆρος ἀμελήσας. ἀπομάττοντος δὲ τῆς ἕδρας τοὺς ἱδρῶτας, ψόφος κατόπιν γίνεται. καὶ ὁ ἵππος ἐκταραχθεὶς, πηδᾷ, ὄρθιον ἀρθεὶς, καὶ ἀλογίστως ἐφέρετο. τὸν γὰρ χαλινὸν δακὼν, καὶ τὸν αὐχένα σιμώσας, καὶ φρίξας τὴν κόμην, οἰστρηθεὶς τῷ φόβῳ, δι᾽ ἀέρος ἵπτατο. τῶν δὲ ποδῶν οἱ μὲν ἔμπροσθεν ἥλλοντο· οἱ δὲ ὄπισθεν τοὺς πρόσθεν ἐπειγόμενοι φθάσαι, τὸν δρόμον ἐπέσπευδον, διώκοντες τὸν ἵππον. ὁ δὲ ἵππος τῇ τῶν ποδῶν κυρτούμενος ἁμίλλῃ, ἄνω τε καὶ κάτω πηδῶν πρὸς τὴν ἑκατέρων σπουδὴν, δίκην νηὸς χειμαζομένης τοῖς νώτοις ἐκυμαίνετο. ὁ δὲ κακοδαίμων Χαρικλῆς, ὑπὸ τοῦ τῆς ἱππείας ταλαντευόμενος κύματος, ἐκ τῆς ἕδρας ἐσφαιρίζετο, ποτὲ μὲν ἐπ᾽

tuſque defecerint. Puer narrare pergens: Aſcenderat, inquit, Charicles tuum in equum, Clinia, & leviter primo eum impulit: dein vero cum duos treſve curſus confeciſſet, ſuſtinuit impetum equi, cui in eo ſedens abſterſit ſudorem, remiſſis habenis. Dum vero madidam ſudore ſellam detergit, ſtrepitus a tergo fieri: quo perterritus equus, ac ſeſe in altum ſaltu dans, huc illuc incerto curſu ferri coepit: frenum enim mordens, collum intorquens, iubas quatiens, ac pavore ſtimulatus in aërem ſuſtollebatur: anteriores pedes ſaliebant; poſteriores, primos praevertere feſtinantes, curſum accelerabant, equumque propellebant: qui huiuſmodi pedum contentione ſublatus surſum, deorſumque, pro modo celeritatis eorum, inſtar fluctuantis navis, dorſo agitabatur. Miſer vero Charicles, equi impetu, ceu fluctu, vibratus ſellaque deturbatus,

σύρὰν κατολισθαίνων, ποτὲ δὲ ἐπὶ τράχηλον κυβιστῶν. ὁ δὲ τοῦ κλύδωνος ἐπίεζεν αὐτὸν χειμών. τῶν δὲ ῥυτήρων οὐκέτι κρατεῖν δυνάμενος, δοὺς δὲ ἑαυτὸν, ὅμως τῷ τοῦ δρόμου πνεύματι, τῆς τύχης ἦν. ὁ δὲ ἵππος, ῥώμῃ θέων ἐκτρέπεται τῆς λεωφόρου, καὶ ἐς ὕλην ἐπήδησεν, καὶ εὐθὺς τὸν ἄθλιον Χαρικλέα περιῤῥήγνυσι δένδρῳ. ὁ δ', ὡς ἀπὸ μηχανῆς προσαραχθεὶς, ἐκκρούεται μὲν τῆς ἕδρας, ὑπὸ δὲ τῶν τοῦ δένδρου κλάδων τὸ πρόσωπον αἰσχύνεται, καὶ τοσούτοις περιδρύπτεται τραύμασιν, ὅσαι τῶν δένδρων ἦσαν αἱ αἰχμαί. οἱ δὲ ῥυτῆρες αὐτῷ περιδεθέντες, οὐκ ἤθελον ἀφεῖναι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀνθεῖλκον αὐτὸν, ἐπισύροντες θανάτου τρίβον· ὁ δὲ ἵππος ἔτι μᾶλλον ἐκταραχθεὶς τῷ πτώματι, καὶ ἐμποδιζόμενος εἰς τὸν δρόμον τῷ σώματι, κατεπάτει τὸν ἄθλιον, ἐκλακτίζων τὸν δεσμὸν τῆς φυγῆς· ὥστε οὐκ ἂν αὐτόν τις ἰδὼν οὐδὲ γνωρίσειεν.

ιγ'. Ταῦτα μὲν οὖν ἀκούων ὁ Κλεινίας, ἐσίγα τι-

nunc ad caudam reiiciebatur, nunc ad collum provolvebatur, fluctuationeque huiusmodi miserum in modum vexabatur. Tandem cum habenas moderari amplius nequiret, fortunae se flatibus totum permisit. Tum vero equus vehementer incitatus, atque a recto tramite deflectens, in silvam se coniecit, miserumque adolescentulum arbori statim illisit: qui, tanquam tormento emissus, e sella deturbatus est, facie tot vulneribus deformata, quot ramorum cuspides eiectum exceperunt. Ipsum vero corpus habenis implicitum in mortis semitam raptatum fuit. Illius autem lapsu adhuc magis perterrefactus equus, & corpore, ne currere posset, impeditus, miserum pedibus conculcavit, calcibusque fugae obstaculum contrivit, ut iam nemo illum agnosceret.

XIII. His cognitis rebus Clinia stupore oppressus ali-

να χρόνον ὑπὸ ἐκπλήξεως. μεταξὺ δὲ νήψας ἐκ τοῦ κακοῦ διωλύγιον ἐκώκυσεν [1], καὶ ἐκδραμεῖν ἐπὶ τὸ σῶμα μὲν ἠπείγετο. ἐπηκολούθουν δὲ κἀγὼ, παρηγορῶν ὡς ἠδυνάμην. καὶ ἐν τούτῳ Φοράδην Χαρικλῆς ἐκομίζετο, θέαμα οἴκτιστον καὶ ἐλεεινόν. ὅλος γὰρ τραῦμα ἦν· ὥστε μηδένα τῶν παρόντων κατασχεῖν τὰ δάκρυα. ἐξῆρχε δὲ τοῦ θρήνου ὁ πατὴρ, πολυτάρακτον βοῶν· Οἷος ἀπ' ἐμοῦ προελθὼν, οἷος ἐπανέρχῃ μοι, τέκνον; ὢ πονηρῶν ἱππασμάτων. οὐδὲ κοινῷ μοι θανάτῳ τέθνηκας· οὐδὲ εὐσχήμων φαίνῃ νεκρός. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις τῶν ἀποθανόντων καὶ ἴχνος τῶν γνωρισμάτων διασώζεται, κἂν τὸ ἄνθος τις τῶν προσώπων ἀπολέσῃ, τηρεῖ τὸ εἴδωλον καὶ παρηγορεῖ τὸν λυπούμενον καθεύδοντα μιμούμενος. τὴν μὲν γὰρ ψυχὴν ἐξεῖλεν

quamdiu tacuit: deinde, tanquam impetrata a dolore venia, maximos edidit eiulatus, ac ſumma cum celeritate ad cadaver ſe contulit: quem ipſe quoque quibus poteram verbis conſolando ſecutus ſum. Interea Charicles allatus eſt, luctuoſum ſane ac miſerabile ſpectaculum praebens. Totus enim conciſus erat, ac lacer, adeo ut eorum, qui aderant, nemo lacrimas contineret. Porro illius pater lamentationem huiuſmodi magno cum gemitu ac plangore coepit: Qualis a me abiſti, fili? qualis reverteris? O diram equitandi artem! Tu conſueta morte mihi ereptus non fuiſti: ſed nec, quae mortuo conveniat, imago tibi relicta eſt. Aliis in cadaveribus vel ipſa lineamentorum veſtigia ſervantur, quamvis vigor ex vultu abſceſſerit, effigies ipſa tamen relinquitur, quae dormientem imitata dolentium moerorem levet. Animam quidem certe homini

1 Διωλύγιον ἐκώκυσεν) Utraque editio vitioſe: διωλύγιον. Bod. Imo recte, o bone. Vide Dorvill. ad Charit. p. 278.

ὁ θάνατος. ἐν δὲ τῷ σώματι, τηρεῖ τὸν ἄνθρωπον. σοῦ δὲ ὁμοῦ καὶ ταῦτα διέφθειρεν ἡ τύχη, καί μοι τέθνηκας θάνατον διπλοῦν, ψυχῇ καὶ σώματι. οὕτως σου τέθνηκεν καὶ τῆς εἰκόνος ἡ σκιά. ἡ μὲν γὰρ ψυχή σου πέφευγεν· οὐχ εὑρίσκω δέ σε οὐδὲ ἐν τῷ σώματι· πότε μοι, τέκνον, γαμεῖς; πότε σου θύω τοὺς γάμους, ἱππεῦ, καὶ νυμφίε· νυμφίε μὲν ἀτελῆ, ἱππεῦ δὲ δυστυχῆ. τάφος μέν σοι, τέκνον, ὁ θάλαμος· γάμος δὲ ὁ θάνατος· θρῆνος ὁ ὑμέναιος· ὁ δὲ κωκυτὸς τῶν γάμων οὗτος, ᾠδαί. ἄλλο σοι, τέκνον, προσεδόκων πῦρ ἀνάψαι· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔσβεσεν ἡ πονηρὰ τύχη μετὰ σοῦ· ἀνάπτει δέ σοι δᾷδας κακῶν. ὦ πονηρᾶς τῆς σῆς δαδουχίας· ἡ νυμφικὴ σοι δαδουχία ταφὴ γίγνεται.

ιδ΄. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐκώκυσεν ὁ πατήρ. ἑτέρωθεν δὲ καθ᾽ αὑτὸν ὁ Κλεινίας· καὶ ἦν θρήνων ἅμιλλα, ἐραστοῦ καὶ πατρός· Ἐγώ μου τὸν δεσπότην ἀπο-

mors adimit: verum in corpore hominis formam relinquit. Sed tibi haec etiam a fortuna fuit erepta. Morte igitur duplici affectus es, corporis videlicet, atque animae. Ita imaginis quoque umbra commortua est. Spiritus ipse quidem tuus avolavit: nec tamen in corpore te invenio. Ecquando, fili, mihi uxorem duces? Ecquando, imperfecte sponse atque infelix eques, nuptialia tibi sacra celebrabo? Tibi, o fili, nunc pro thalamo sepulcrum, pro nuptiis mors, pro hymenaeo naeniae, pro nuptiali cantu lamentationes paratae sunt. Aliusmodi tibi ego ignes, fili, accendere sperabam. Sed invida illos una tecum fortuna exstinxit, funebresque pro iis faces excitavit. O diras faces! Nuptialis flamma in sepulcralem tibi commutata est.

XIV. Ad hunc sane modum pater conquerebatur. Clinia vero contra (lugendo enim pater atque amator certabant) secum ipse solus: Ego quidem, inquit, hero meo

λώλεκα. τί γὰρ αὐτῷ τοιοῦτον δῶρον ἐχαριζόμην; Φιάλη γὰρ οὐκ ἦν χρυσῆ, ᾗ σπένδων [πίνων] ἐχρῆτό μου τῷ δώρῳ [1] τρυφῶν; ἐγὼ δὲ ὁ κακοδαίμων ἐχαριζόμην θηρίον μειρακίῳ καλῷ, ἐκαλλώπιζον δὲ καὶ τὸ πονηρὸν θηρίον προστερνιδίοις, προμετωπιδίοις, Φαλάραις ἀργυραῖς, χρυσαῖς ἡνίαις. οἴμοι Χαρίκλεις. ἐκόσμησά σου τὸν Φονέα χρυσῷ. ἵππε πάντων θηρίων ἀγριώτατε, πονηρὲ καὶ ἀχάριστε καὶ ἀναίσθητε κάλλους. ὁ μὲν κατέψα σου τοὺς ἱδρῶτας, καὶ τροφὰς ἐπηγγέλλετο [2] πλείονας, καὶ ἐπῄνει τὸν δρόμον. σὺ δὲ ἀπέκτεινας ἐπαινούμενος. οὐκ ἥδου προσαπτομένου σου τοιούτου σώματος. οὐκ ἦν σοι τοιοῦτος ἱππεὺς τρυφὴ, ἀλλ' ἔῤῥιψας ἄστοργε τὸ κάλλος χαμαί· οἴμοι δυστυχής. ἐγὼ δέ σου τὸν Φονέα, τὸν ἀνδροφόνον, ὠνησάμην.

periculum istud creavi. Nam quid ego illi munus eiusmodi misi? An non mihi aureum poculum erat, quo sacra faciens biberet, meoque munere frui gauderet? Ego miser belluam formoso adolescenti dono dedi, eamque argenteis phaleris, aureis habenis, aliisque cum frontis, tum pectoris ornamentis communivi. Ego, me miserum, qui te, Haricle, perderet, auro insignivi. O ferarum omnium immanissima bellua, scelesta, ingrata, a pulchritudinis cognitione abhorrens! Hic tibi sudorem absterfit, largum pabulum promisit, cursum laudavit: tu vero laudibus affectus eum peremisti: tu non solum eiusmodi equitis onere non es laetatus; sed etiam amoris sensu carens pulchritudinem humi deiecisti. O me infelicem! qui eum, a quo interficereris, emi.

1 Σπένδων — τῷ δώρῳ) Ita rescripsimus partim e Codd. partim e coniectura. V. πίνων uncinis inclusimus, tanquam glossema τοῦ σπένδων.

2 Ἐπηγγέλλετο) Hoc verbum in mendo cubare videtur; nisi ad puerile ingenium referas.

ιε΄. Μετὰ δὲ τὴν ταφὴν εὐθὺς ἔσπευδον ἐπὶ τὴν κόρην. ἡ δὲ ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς οἰκίας. ὁ δὲ παράδεισος ἄλσος ἦν, μέγα τι χρῆμα πρὸς ὀφθαλμῶν ἡδονήν. καὶ περὶ τὸ ἄλσος τειχίον ἦν αὔταρκες εἰς ὕψος καὶ ἑκάστη πλευρὰ τειχίου, τέσσαρες δὲ ἦσαν πλευραὶ, κατάστεγος ὑπὸ χορῷ κιόνων. ὑπὸ δὲ τοῖς κίοσιν ἔνδον ἦν ἡ τῶν δένδρων πανήγυρις. ἔθαλλον οἱ κλάδοι, συνέπιπτον ἀλλήλοις ἄλλος ἐπ' ἄλλον, αἱ γείτονες τῶν πετάλων περιπλοκαὶ, τῶν φύλλων περιβολαὶ, τῶν κάρπων συμπλοκαί. τοσαύτη τὶς ἦν ὁμιλία τῶν φυτῶν. ἐνίοις δὲ τῶν δένδρων τῶν ἁδροτέρων, κιττὸς καὶ σμίλαξ παρεπεφύκει· ἡ μὲν ἐξηρτημένη πλατάνου, καὶ περιπυκάζουσα ῥαδινῇ τῇ κόμῃ· ὁ δὲ κιττὸς, περὶ πεύκην εἱλιχθεὶς ᾠκειοῦτο τὸ δένδρον ταῖς περιπλοκαῖς, καὶ ἐγίνετο τῷ κιττῷ ὄχημα τὸ φυτὸν, στέφανος δὲ ὁ κιττὸς τοῦ φυτοῦ. ἄμπελοι δὲ ἑκατέρωθεν τοῦ δένδρου, καλάμοις ἐποχούμεναι, τοῖς φύλλοις ἔθαλλον·

XV. Posteaquam funeri iusta soluta sunt, ad Leucippen, quae nostro in hortulo tum morabatur, convolavi. Nemus illic creverat adspectu iucundissimo, maceriaque iustae altitudinis circum ingente: cuius latera quatuor, tot enim omnino erant, tecto columnis imminente operta visebantur. Pars interior arborum serie consita erat, ramis florentibus & sese mutuo complicantibus, foliis autem fructibusque inter se permixtis: tanta erat plantarum familiaritas. Porro maioribus quibusdam arboribus hedera & smilax adnatae erant. Atque haec quidem e platano pendens, eam molli coma stipabat: illa vero piceae adhaerens, truncum amplexu teneriorem efficiebat. Hoc pacto arbor hederae vehiculum, hedera arbori corona erat. Ex utraque arboris parte luxuriabant harundinibus alli-

καὶ ὁ καρπὸς ὡραίαν εἶχε τὴν ἄνθην, καὶ διὰ τῆς ὀπῆς τῶν καλάμων ἐξεκρέματο, καὶ ἦν βόστρυχος τοῦ φυτοῦ. τῶν δὲ φύλλων ἄνωθεν αἰωρουμένων, ὑφ᾽ ἡλίῳ πρὸς ἄνεμον συμμιγῆ, ὠχρὰν ἐμάρμαιρεν ἡ γῆ τὴν σκιάν. τὰ δὲ ἄνθη ποικίλην ἔχοντα τὴν χροιὰν, ἐν μέρει συνεξέφαινε τὸ κάλλος, καὶ ἦν τοῦτο τῆς γῆς πορφύρα, καὶ νάρκισσος καὶ ῥόδον· μία μὲν τῷ ῥόδῳ καὶ ναρκίσσῳ ἡ κάλυξ, ὅσον εἰς περιγραφὴν, καὶ ἦν φιάλη τοῦ φυτοῦ· ἡ χροιὰ δὲ τῶν περὶ τὴν κάλυκα φύλλων ἐσχισμένων, τῷ ῥόδῳ μὲν αἵματος, ὁμοῦ ἴων καὶ γάλακτος τὸ κάτω τοῦ φύλλου, καὶ ὁ νάρκισσος ἦν τὸ πᾶν ὅμοιον τῷ κάτω τοῦ ῥόδου. τὸ ἴον κάλυξ μὲν οὐδαμοῦ, χροιὰν δὲ οἵαν ἡ τῆς θαλάσσης ἀστράπτει γαλήνη. ἐν μέσοις δὲ τοῖς ἄνθεσι πηγὴ ἀνέβλυζεν καὶ περιεγέγραπτο τετράγωνος χαράδρα χειροποίητος τῷ

gatae vites, quarum racemi tempestivos flores ab ipsis harundinum foraminibus tanquam arboris cincinnos quosdam pendentes ostendebant. Terra autem, quam superimpendentes frondes opacabant, modo hic, modo illic illustrabatur, dum eae ipsae frondes vento impulsae variantibus solis radiis aditum praeberent. Ad haec varii suam quisque pulchritudinem flores certatim commonstrabant, purpureamque narcissus ac rosa terram efficiebant, quorum calathi, quod ad orbem attinet, persimiles erant, plantaeque calicis vicem praestabant. Foliorum rosae fissorum pars circa pateram, sanguinis, ac violae, inferior vero lactis colorem prae se ferebat. Narcissus nihil omnino ab ima rosae parte colore distabat. Violae nullus quidem calathus erat, verum color is, quem tranquilli maris aquam habere cernimus. In florum medio scaturiens fons quadrato alveo, rivoque manu facto excipiebatur,

ῥεύματι. τὸ δὲ ὕδωρ τῶν ἀνθέων ἦν κάτοπτρον· ὡς δοκεῖν τὸ ἄλσος εἶναι διπλοῦν, τὸ μὲν τῆς ἀληθείας, τὸ δὲ τῆς σκιᾶς. ὄρνιθες δὲ, οἱ μὲν χειροήθεις περὶ τὸ ἄλσος ἐνέμοντο, οὓς ἐκολάκευον αἱ τῶν ἀνθρώπων τροφαί· οἱ δὲ ἐλεύθερον ἔχοντες τὸ πτερὸν, περὶ τὰς τῶν δένδρων κορυφὰς ἔπαιζον· οἱ μὲν ᾄδοντες τὰ ὀρνίθων ᾄσματα· οἱ δὲ τῇ τῶν πτερῶν ἀγλαϊζόμενοι στολῇ. οἱ ᾠδοὶ δὲ τέττιγες, καὶ χελιδόνες· οἱ μὲν τὴν Ἠοῦς ᾄδοντες εὐνὴν, οἱ δὲ τὴν Τηρέως τράπεζαν. οἱ δὲ χειροήθεις, ταὼς, καὶ κύκνος, καὶ ψιττακός· ὁ κύκνος, περὶ τὰς τῶν ὑδάτων πίδακας νεμόμενος, ὁ ψιττακὸς ἐν οἰκίσκῳ περὶ δένδρον κρεμάμενος, ὁ ταὼς τοῖς ἄνθεσι περισύρων τὸ πτερόν. ἀντέλαμπεν δὲ ἡ τῶν ἀνθέων θέα τῇ τῶν ὀρνίθων χροιᾷ, καὶ ἦν ἄνθη πτερῶν.

ιϛ΄. Βουλόμενος οὖν εὐάγωγον τὴν κόρην εἰς ἔρωτα παρασκευάσαι, λόγου πρὸς τὸν Σάτυρον ἠρχόμην, ἀπὸ τοῦ ὄρνιθος λαβὼν τὴν εὐκαιρίαν. διαβαδίζουσα

ſpeculumque unda erat floribus, adeo, ut illic duo horti, alter re, alter umbra, eſſe viderentur. In nemore aves aliae domeſticae, humanoque cibo manſuefactae, paſcebantur; aliae liberae in arborum cacuminibus ludebant: partim quidem proprio cantu inſignes, cicadae videlicet, atque hirundines; partim vero pennarum fulgore praeſtantes, nempe pavo, cygnus, & pſittacus. Cicadae Aurorae cubile, hirundines Terei menſam canebant. Cygnus prope fontis exortum paſcebat: pſittacum pendens ab arbore cavea continebat: pavo inter flores pennas explicabat: ſed florum ſplendor cum volucrum colore contendebat. Quin immo pennae ipſae flores erant.

XVI. Puellam igitur in amoris ſenſum inducere cupiens, initium loquendi cum Satyro, ſumto a pavone ſermonis argumento, feci: forte fortuna enim cum Clio deambu-

γὰρ ἔτυχεν ἅμα τῇ Κλειοῖ, καὶ ἐπιστᾶσα τῷ ταῷ κατ' αὐτήν. ἔτυχε γὰρ τύχῃ τινὶ συμβὰν τότε τὸν ὄρνιν ἀναπτερῶσαι τὸ κάλλος, καὶ τὸ θέατρον ἐπιδεικνῦναι τῶν πτερῶν. Τοῦτο μέν τοι, οὐκ ἄνευ τέχνης ὁ ὄρνις, ἔφην, ποιεῖ, ἀλλ' ἔστι [γὰρ] ἐρωτικός· ὅταν γὰρ ἐπαγαγέσθαι θέλῃ τὴν ἐρωμένην, τότε οὕτως καλλωπίζεται. ὁρᾷς ἐκείνην τὴν τῆς πλατάνου πλησίον; δείξας θήλειαν ταῶνα. ταύτῃ νῦν οὗτος τὸ κάλλος ἐπιδείκνυται λειμῶνα πτερῶν [1]. ὁ δὲ τοῦ ταῶ λειμὼν εὐανθέστερος· πεφύτευται γὰρ αὐτῷ καὶ χρυσὸς ἐν τοῖς πτεροῖς, κύκλῳ δὲ τὸ ἁλουργὲς τὸν χρυσὸν περιθέει τὸν ἴσον κύκλον, καί ἐστιν ὀφθαλμὸς ἐν τῷ πτερῷ.

ιζ'. Καὶ ὁ Σάτυρος συνεὶς τοῦ λόγου μου τὴν ὑπόθεσιν, ἵνα μοι μᾶλλον εἴη περὶ τούτου λέγειν· Ἦ γὰρ ὁ ἔρως, ἔφη, τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, ὡς καὶ μέχρι

lans adverſus eum conſtiterat, caudae ornatum caſu quodam pandentem & oſtentantem pennas omnibus ſpectandas. Atque non equidem ſine arte hoc, inquam, a pavone fit: ſed cum ad amandum pronus ſit, dilectam a ſe feminam allicere cupiens, hoc ſeſe pacto exornat. Videſne, & manu indicavi, iuxta platanum feminam illam? Ei nunc hic pulchritudinem ſuam, pennarum videlicet pratum, ſpectandam proponit. Saneque pavonis pratum hoc alio quovis longe floridius eſt: in eius enim pennis vel aurum naſcitur, cingitur autem orbiculus aureus orbiculo purpureo, ita, ut oculum efficiat in pennis.

XVII. Tum Satyrus, cognita orationis meae ſententia, quo mihi eſſet, unde coeptum ſermonem longius producerem: Tam latene patet, inquit, amoris vis, ut avi-

1 Phile de pavone:
Λειμὼν γὰρ ἐστὶν ἡ γραφὴ τῶν αἰθέων,
Χρυσὸς δὲ λεπτὸς ἐνσχεθεὶς τῇ πορφύρᾳ
Σμάραγδον ἀγρὸν ἐμφυτεύει.

ὀρνίθων πέμπειν τὸ πῦρ; Οὐ μέχρις ὀρνίθων, ἔφην· τοῦτο γὰρ οὐ θαυμαστόν· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἔχει πτερόν· ἀλλὰ καὶ ἑρπετῶν καὶ θηρῶν καὶ φυτῶν. ἐγὼ δὲ δοκῶ μοι καὶ λίθων. ἐρᾷ γοῦν ἡ μαγνησία λίθος τοῦ σιδήρου· κἂν μόνον ἴδῃ καὶ θίγῃ, πρὸς αὐτὴν εἵλκυσεν, ὥσπερ ἐρωτικὸν ἔνδον ἔχουσα πῦρ. καὶ μή τι τοῦτό ἐστιν ἐρώσης λίθου καὶ ἐρωμένου σιδήρου φίλημα; Περὶ δὲ τῶν φυτῶν λέγουσι παῖδες σοφῶν, καὶ μῦθον ἔλεγον τὸν λόγον εἶναι, εἰ μὴ παῖδες ἔλεγον γεωργῶν. ὁ δὲ λόγος· ἄλλο μὲν ἄλλου φυτὸν ἐρᾷν·[1] τῷ δὲ φοίνικι τὸν ἔρωτα μᾶλλον ἐνοχλεῖν. λέγουσι δὲ τὸν μὲν ἄῤῥενα τῶν φοινίκων, τὸν δὲ θῆλυν. ὁ ἄῤῥην οὖν τοῦ θήλεος ἐρᾷ, κἂν ὁ θῆλυς ἀπῳκισμένος εἴη τῇ τῆς φυτείας στάσει, ὁ ἐραστὴς ὁ ἄῤῥην αὐαίνεται. συνίησιν οὖν ὁ γεωργὸς τὴν λύπην τοῦ φυτοῦ· καὶ εἰς τὴν τοῦ χωρίου πε-

bus etiam ignem immittat? Non avibus ſolum, inquam, hoc enim non mirum, quoniam ipſe alatus eſt; ſed etiam ſerpentibus, & quadrupedibus, & plantis, atque, ut mihi quidem videtur, etiam ſaxis. Ferrum enim magnes amat, & ſi modo videat, tangatve, ad ſe trahit, quaſi amatoriam in ſe flammam contineat. Id vero an non eſt amantis ſaxi, atque amati ferri oſculatio? Quod ad plantas attinet, philoſophorum ſententia eſt, quam plane fabuloſam putarem, niſi ei agricolae ſubſcriberent, plantas alteram alterius amore capi: atque ex iis moleſtiorem eum palmam ſentire. Aiunt enim, earum alterum marem, feminam alteram eſſe. Marem igitur feminae deſiderio teneri. Ac ſi contingat feminam procul ab eo conſeri, marem amantem areſcere. Quam ob rem agricolam plantae deſiderium intelligentem editiore loco inſcenſo diſpice-

1 Theophr. H. P. II, S. 9.

ριωπὴν ἀνελθὼν, ἐφορᾷ ποῦ νένευκεν· κλίνεται γὰρ εἰς τὸ ἐρώμενον· καὶ μαθὼν, θεραπεύει τοῦ φυτοῦ τὴν νόσον. πτόρθον γὰρ τοῦ θήλεος φοίνικος λαβὼν, εἰς τὴν τοῦ ἄῤῥενος καρδίαν ἐντίθησιν, καὶ ἀνέψυξε μὲν τὴν ψυχὴν τοῦ φυτοῦ· τὸ δὲ σῶμα ἀποθνῆσκον πάλιν ἀνεζωπύρησεν, καὶ ἐξανέστη, χαῖρον ἐπὶ τῇ τῆς ἐρωμένης συμπλοκῇ· καὶ τοῦτό ἐστι γάμος φυτῶν.

ιή. Γίνεται δὲ καὶ γάμος ἄλλος ὑδάτων διαπόντιος. καὶ ἔστιν ὁ μὲν ἐραστὴς ποταμὸς Ἀλφειός· ἡ δὲ ἐρωμένη, κρήνη Σικελική. διὰ γὰρ τῆς θαλάττης ὁ ποταμὸς ὡς διὰ πεδίου τρέχει. ἡ δὲ οὐκ ἀφανίζει γλυκὺν ἐραστὴν ἁλμυρῷ κύματι· σχίζεται δὲ αὐτῷ ῥέοντι, καὶ τὸ σχίσμα τῆς θαλάττης χαράδρα τῷ ποταμῷ γίνεται· καὶ ἐπὶ τὴν Ἀρέθουσαν οὕτω τὸν Ἀλφειὸν νυμφοστολεῖ. ὅταν οὖν ᾖ τῶν Ὀλυμπίων ἑορτὴ, πολλοὶ μὲν εἰς τὰς δίνας τοῦ ποταμοῦ καθιᾶσιν ἄλλος ἄλλα δῶρα· ὁ δὲ εὐθὺς πρὸς τὴν ἐρωμένην κομίζει. καὶ ταῦτά ἐστιν

re, quam in partem ſeſe inclinet, (inclinatur enim amatam feminam verſus) & cognitae illius aegritudini medelam adhibere. Feminae enim ſurculo ſumto in maris cor inſerere: itaque eius animum recreari, corpuſque moriens excitari, ac reviviſcere amatae complexu delectatum. Atque hae nuptiae plantarum ſunt.

XVIII. Aliud etiam eſt aquarum Alphei fluvii amantis, & Arethuſae fontis amatae connubium. Fluvius per mare non aliter, quam per terras, iter facit: nec dulcem eius aquam ſalſo fluctu mare imbuit: ſed diſcedit, ac praeterlabenti fluvio diſceſſus ille alvei uſum praeſtat, eoque pacto ad Arethuſam Alpheus deducitur. In quinquennali autem Olympiae celebritate multi, alius alias res, in fluvii vortices immittunt: quas ille ad amatam ſtatim defert; ea-

ἕδνα [1] ποταμοῦ. Γίνεται δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑρπετοῖς ἄλλο ἔρωτος μυστήριον· οὐ τοῖς ὁμοιογενέσι μόνον πρὸς ἄλληλα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλλοφύλοις. Ὁ ἔχις ὁ τῆς γῆς ὄφις εἰς τὴν σμύραιναν οἰστρεῖ. ἡ δὲ σμύραινά ἐστιν ἄλλος ὄφις θαλάσσιος, εἰς μὲν τὴν μορφὴν ὄφις, εἰς δὲ τὴν χρῆσιν ἰχθύς. Ὅταν οὖν εἰς τὸν γάμον ἐθέλωσιν ἀλλήλοις συνελθεῖν, ὁ μὲν εἰς τὸν αἰγιαλὸν ἐλθὼν συρίζει πρὸς τὴν θάλασσαν τῇ σμυραίνῃ σύμβολον· ἡ δὲ γνωρίζει τὸ σύνθημα, καὶ ἐκ τῶν κυμάτων [2] ἀναδύεται. ἀλλ' οὐκ εὐθέως πρὸς τὸν νυμφίον ἐξέρχεται· οἶδεν γάρ, ὅτι θάνατον ἐν τοῖς ὀδοῦσι φέρει· ἀλλ' ἄνεισιν εἰς τὴν πέτραν, καὶ περιμένει τὸν νυμφίον καθάραι

que fluvii nuptialia dono ſunt. In ſerpentibus non ſolum eiuſdem, ſed etiam diverſi generis, aliud amoris arcanum invenitur. Nam vipera terreſtris ſerpens muraenae in mari degentis amore deflagrat. Eſt autem muraena forma quidem ſerpens, uſu vero piſcis. Ii cum congredi volunt, mas in litore conſiſtens, ac mare verſus ſibilans, muraenae ſignum dat. Illa, eo cognito, ex undis egreditur: non tamen ad ſponſum, cuius dentes mortiferos eſſe cognoſcit, ſtatim properat: verum ſcopulo aliquo conſcenſo illic tantiſper exſpectat, dum ille ore venenum eiecerit. In-

1 Moſchus VII, 1 ſeqq.
Ἀλφειὸς μετὰ Πῖσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱράν.

2 Facit ad h. l. illuſtrandum Aelianus L. I, c. 50: Ἡ μύραινα ὅταν ὁρμῆς ἀφροδισίου ὑποπλησθῇ, πρόεισιν εἰς τὴν γῆν, καὶ ὁμιλίαν ποθεῖ νυμφίου καὶ μάλα πονηροῦ. πάρεισι γὰρ εἰς ἔχεως φωλεόν, καὶ ἄμφω συμπλέκονται. Ἤδη δέ, φασί, καὶ ὁ ἔχις οἰστρήσας καὶ ἐκεῖνος εἰς μῖξιν ἀφικνεῖται πρὸς τὴν θάλατταν, καὶ οἷονεὶ κωμαστὴς σὺν τῷ αὐλῷ θυροκοπεῖ, οὕτω τοι καὶ ἐκεῖνος συρίσας τὴν ἐρωμένην παρακαλεῖ, καὶ αὐτὴ πρόεισι, τῆς φύσεως τὰ ἀλλήλων διῳκισμένα συναγούσης εἰς ἐπιθυμίαν τὴν ὁμοίαν, καὶ κοῖτον τὸν αὐτόν. Eandem fabulam habent *Ariſtoteles* H. A. L. V, c. 10. *Oppianus* Halieut. L. I, v. 554. *Soſtratus* apud *Athen*. L. VII, p. 312. *Plinius* L. IX, Sect. 39. alii, plerique tamen eorum, ſe relata referre, addunt.

τὸ στόμα [1]. ἑστᾶσιν οὖν ἀμφότεροι πρὸς ἀλλήλους βλέποντες, ὁ μὲν ἠπειρώτης ἐραστὴς ἐξεμέσῃ τῆς νύμφης τὸν φόβον, ἡ δὲ ἐῤῥιμένον ἴδῃ τὸν θάνατον χαμαὶ, τότε καταβαίνει τῆς πέτρας, καὶ εἰς τὴν ἤπειρον ἐξέρχεται, καὶ τὸν ἐραστὴν περιπτύσσεται, καὶ οὐκέτι φοβεῖται τὰ φιλήματα.

ιθ΄. Ταῦτα λέγων ἔβλεπον ἅμα τὴν κόρην, πῶς ἔχει πρὸς τὴν ἀκρόασιν τὴν ἐρωτικήν· ἡ δὲ ὑπεσήμαινε μὲν οὐκ ἀηδῶς ἀκούειν. τὸ δὲ κάλλος ἀστράπτον τοῦ ταῶ ἧττον ἐδόκει μοι τοῦ Λευκίππης εἶναι προσώπου. τὸ γὰρ τοῦ σώματος κάλλος αὐτῆς, πρὸς τὰ τοῦ λειμῶνος ἤριζεν ἄνθη· ναρκίσσου μὲν τὸ πρόσωπον ἔστιλβε χροιὰν, ῥόδον δὲ ἀνέτελλεν ἐκ τῆς παρειᾶς, ἴον δὲ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἐμάρμαιρεν αὐγὴ, αἱ δὲ κόμαι βοστρυχούμεναι μᾶλλον εἱλίσσοντο κιττοῦ. Τοσοῦτος ἦν

terim continentis incola amator, & inſulae habitatrix amata mutuo ſeſe contemplantur. Cum primum igitur amans metu ſponſam liberavit, illaque venenum humi proiectum videt, e ſcopulo in continentem delabitur, amantemque complectitur, oſculationes eius minime amplius verita.

XIX. Haec dum commemorarem, quonam modo Leucippe amatoriam hanc narrationem audiendo afficeretur, obſervabam: quae ſane non illibenter audire ſe ſubindicavit. Ceterum pavonis eximiam illam formam Leucippes vultus longe ſuperare mihi viſus eſt: quippe cuius pulchritudo cum prati floribus certabat. Narciſſi enim in fronte, roſarum in genis color renidebat, oculorum fulgor violarum ſplendorem imitabatur: capillorum cincinni hederae contorſionibus implicatiores cernebantur. Ac tale

1 Καθᾶραι τὸ στόμα) Aelianus L. IX, c. 66, tradit idem: Μέλλων ὁ ἔχις ὁμιλεῖν αὐτῇ, ἵνα δόξῃ πρᾶος καὶ πρέπων νυμφίῳ, τὸν ἰὸν ἀπεμεῖ καὶ ἐκβάλλει, καὶ οὕτως ὑποσυρίσας τὴν νύμφην παρακαλεῖ, οἱονεὶ προγάμιόν τινα ὑμέναιον ἀναμέλψας,

Λευκίππης ἐπὶ τῶν προσώπων ὁ λειμών [1]. *Ἡ μὲν οὖν μετὰ μικρὸν ἀπιοῦσα ᾤχετο. τῆς γὰρ κιθάρας αὐτὴν ὁ καιρὸς ἐκάλει. ἐμοὶ δὲ ἐδόκει παρεῖναι. ἀπελθοῦσα γὰρ τὴν μορφὴν ἐπαφῆκέ μου τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἑαυτοὺς οὖν ἐπῃνοῦμεν ἐγώ τε καὶ ὁ Σάτυρος· ἐγὼ μὲν ἐμαυτὸν τῆς μυθολογίας, ὁ δὲ ὅτι μοι τὰς ἀφορμὰς παρέσχεν· καὶ μετὰ μικρὸν τοῦ δείπνου καιρὸς ἦν, καὶ πάλιν ὁμοίως συνεπίνομεν.*

erat, quod illius facies pratum referebat. Non multo autem post illa illinc abiit: pulsandae enim citharae tempus eam invitaverat: nec tamen mihi non adesse videbatur, utpote quae meis in oculis imaginem suam discedens reliquerat. Satyrus autem atque ego nosmet ea ratione mutuo commendabamus, quod ipse fabulas narrassem, ille narrandi occasionem praebuisset. Paulo post coenandi tempus venit. Priorem itaque in modum rursus accubuimus.

1 *Ναρκίσσου — λειμών*) Musaeus v. 56 - 61:

Μαρμαρυγὴν χαρίεντος ἀπαστράπτουσα προσώπου,
Οἷά τε λευκοπάρῃος ἐπαντέλλουσα Σελήνη.
Ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν,
Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον· ἦ τάχα φαίης
Ἥρους ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμῶνα φανῆναι.
Χροιὴν γὰρ μελέων ἐρυθαίνετο.

Nonnus Dionys. XV, pag. 426:

Χιονέων μελέων ῥοδόεις ἀνεφαίνετο λειμών.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἅμα δ' ἑαυτοὺς ἐπαινοῦντες, ἐπὶ τὸ δωμάτιον ἐβαδίζομεν τῆς κόρης, ἀκροασόμενοι δῆθεν τῶν κιθαρισμάτων· οὐδὲ γὰρ ἐδυνάμην ἐμαυτοῦ κἂν ἐπ' ὀλίγον κρατεῖν τοῦ μὴ ὁρᾷν τὴν κόρην. ἡ δὲ πρῶτον μὲν ᾖσεν Ὁμήρου [1] τὴν πρὸς τὸν λέοντα τοῦ συὸς μάχην· ἔπειτά τι καὶ τῆς ἁπαλῆς μούσης ἐλίγαινεν· ῥόδον γὰρ ἐπῄνει τὸ ᾆσμα. εἴ τις τὰς καμπὰς τῆς ᾠδῆς περιελὼν ψιλὸν ἔλεγεν ἁρμονίας τὸν λόγον, οὕτως ἂν εἶχεν ὁ λόγος· Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευσεν. γῆς ἐστι κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα, ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμῶνος ἐρύθη-

LIBER SECUNDUS.

Interea dum noſtrûm alter alterum laudaret, ad puellae thalamum pervenimus, eam videlicet cithara canentem audituri, a qua contemplanda ne minimum quidem continere ipſe me poteram. Illa deſcriptam ab Homero ſuis cum leone pugnam primum, aliud deinde mollius etiam, roſae ſcilicet laudes, cecinit. Ac ſi quis verba ſine numeris referre velit, huiuſmodi propemodum eſſent: Si regem floribus conſtituere Iuppiter voluiſſet, non alium certe, quam roſam, eiuſmodi honore dignatus eſſet. Haec terrae ornamentum eſt, plantarum ſplendor, oculus florum, prati rubor, flos omnium pulcherrimus. Haec amo-

1 Ὁμήρου) Iliad. Π. circa fin.
Ὡς δ' ὅτε σῦν ἀκάμαντα λέων ἐβιήσατο χάρμη,
Τώ τ' ὄρεος κορυφῇσι μέγα φρονέοντε μάχεσθον
Πίδακος ἀμφ' ὀλίγης, ἐθέλουσι δὲ πιέμεν ἄμφω,
Πολλὰ δέ τ' ἀσθμαίνοντα λέων ἐδάμασσε βίηφι.

μα, κάλλος ἀστράπτον. ἔρωτος πνέει, Ἀφροδίτην προξενεῖ, εὐώδεσι φύλλοις κομᾷ, εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ, τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ. Ἡ μὲν ταῦτα ᾖδεν· ἐγὼ δὲ ἐδόκουν τὸ ῥόδον ἐπὶ τῶν χειλέων αὐτῆς ἰδεῖν, εἴ τις ὡς κάλυκος τὸ περιφερὲς εἰς τὴν τοῦ στόματος ἔκλειστε μορφήν.

β'. Καὶ ἄρτι πέπαυτο τῶν κιθαρισμάτων, καὶ πάλιν τοῦ δείπνου καιρός· ἦν γὰρ τότε ἑορτὴ προτρυγαίου Διονύσου [1]. Τὸν γὰρ Διόνυσον Τύριοι νομίζουσιν ἑαυτῶν, ἐπεὶ καὶ τὸν Κάδμου μῦθον ᾄδουσιν· καὶ τῆς ἑορτῆς διηγοῦνται πατέρα μῦθον, οἶνον οὐκ εἶναί ποτε παρ' ἀνθρώποις, οὔπω παρ' αὐτοῖς, οὐ τὸν μέλανα τὸν ἀνθοσμίαν, οὐ τὸν τῆς Βιβλίας ἀμπέλου, οὐ τὸν Μάρωνος τὸν Θρᾴκιον, οὐ Χῖον τὸν ἐκ Λακαίνης, οὐ τὸν Ἰκάρου [2] τὸν νησιώτην, ἀλλὰ τούτους μὲν ἅπαντας

rem ſpirat, venerem conciliat, odoratis foliis ſuperbit, tremulis frondibus luxuriat, fronſque zephyro arridet. Huiuſmodi ſane cantus illius erat. Mihi vero in ipſius labris roſam videre videbar, ut ſi quis calathi ambitum oris forma terminet.

II. Vix autem canendi finem fecerat, cum coenae tempus venit. Ac tum forte Protrygaei Dionyſi feſti dies celebrabantur: quem Deum Tyrii ſibi ipſis praeeſſe volunt. Nam & Cadmi fabulam canunt, & celebritatis eius inſtituendae originem huiuſmodi quandam tradunt, nullum videlicet olim vinum mortales habuiſſe: nondum enim nigrum, quod Anthoſmiam vocant, non Biblinum, non Maronaeum, non Chium, non Icarium repertum fuerat:

1 v. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 41. Ceterum abſone antea legebatur: ἦν γὰρ ἑορτὴ προτρυγαίου Διονύσου. Τότε γὰρ τὸν Δ.

2 Explicat Apollodorus Bibl. L. III, p. 197 edit. Com. Διόνυσον Ἰκάριος· καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ κλῆμα ἀμπέλου. καὶ τὰ περὶ τὴν οἰνοποιίαν μανθάνων, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ δωρήσασθαι θέλων χάρι-

ἀπείκους εἶναι Τυρίων ἀνθρώπων· τὴν δὲ πρώτην παρ' αὐτοῖς φῦναι τῶν οἴνων μητέρα· εἶναι γὰρ ἐκεῖ φιλόξενόν τινα βουκόλον, οἷον τὸν Ἴκαρον Ἀθηναῖοι λέγουσιν, καὶ τοῦτον ἐνταῦθα τοῦ μύθου γενέσθαι πατέρα· ὅσον Ἀττικὸν εἶναι δοκεῖν. ἐπὶ τοῦτον ἧκεν ὁ Διόνυσος τὸν βουκόλον, ὁ δὲ αὐτῷ παρατίθησιν, ὅσα γῆ φέρει, καὶ ἅμαξα βοῶν, ποτὸν δὲ ἦν παρ' αὐτοῖς οἷον καὶ ὁ βοῦς ἔπινεν. οὔπω γὰρ τὸ ἀμπέλινον ἦν. ὁ δὲ Διόνυσος καὶ ἐπαινεῖ τῆς φιλοφροσύνης τὸν βουκόλον, καὶ αὐτῷ προτείνει κύλικα φιλοτησίαν. τὸ δὲ ποτὸν οἶνος ἦν. ὁ δὲ πιὼν, ὑφ' ἡδονῆς βακχεύεται, καὶ λέγει πρὸς τὸν θεόν· Πόθεν, ὦ ξένε, σοι τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ πορφυροῦν; πόθεν οὕτως εὗρες αἷμα γλυκύ; οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ χαμαὶ ῥέον. τὸ μὲν γὰρ εἰς τὰ στέρνα καταβαίνει, καὶ λεπτὴν ἔχει τὴν ἡδονήν· τὸ δὲ καὶ πρὸ

sed a Tyriis ea omnia manasse: primamque illius procreatricem apud se exstitisse. Fuisse enim illic pastorem quendam, hospitalem, qualem Icarum Athenienses memorant, qui fabulae auctor fuerit, ab Attica sane non dissimilis. Ad eum divertisse aliquando Dionysum: cui quidem ille quaecunque terra gignit, ac boum plaustrum, apposuerit: potum vero ipsis non alium, quam qui bobus est communis, fuisse, quod viteus nondum apparuisset. Pastoris benignitatem Dionysum laudavisse, hominemque poculo vini pleno benevolentiae ergo invitasse. Illum, cum hausisset, prae voluptate gestire coepisse, atque ad Deum conversum dixisse: Undenam tibi, hospes, purpurea haec aqua est? aut ubi gentium tam dulcem sanguinem reperisti? non enim ex eo est, qui per terram labitur. Ille enim minima cum voluptate in pectus descendit: hic autem ori

τας ἀνθρώποις, ἀφικνεῖται πρός τινας ποιμένας, οἱ γευσάμενοι τοῦ ποτοῦ καὶ χωρὶς ὕδατος ἀφειδῶς δι' ἡδονὴν ἐκλύσαντες πεφαρμάχθαι κομίζοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν.

τοῦ στόματος εὐφραίνει τὰς ῥίνας, καὶ θίγοντι μὲν ψυχρόν ἐστιν, εἰς τὴν γαστέρα δὲ καταθορὸν ἀναπνεῖ κάτωθεν πῦρ ἡδονῆς. Καὶ ὁ Διόνυσος ἔφη· Τοῦτό ἐστιν ὀπώρας ὕδωρ, τοῦτό ἐστιν αἷμα βοτρύων. ἄγει πρὸς τὴν ἄμπελον ὁ θεὸς τὸν βουκόλον, καὶ τῶν βοτρύων λαβὼν ἅμα καὶ θλίβων, καὶ δεικνὺς τὴν ἄμπελον, Τοῦτο μέν ἐστιν, ἔφη, τὸ ὕδωρ· τοῦτο δὲ ἡ πηγή. Ὁ μὲν οὖν οὕτως ἐς ἀνθρώπους παρῆλθεν, ὡς ὁ Τυρίων λόγος.

γ΄. Ἑορτὴν δὲ ἄγουσιν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐκείνῳ θεῷ. Φιλοτιμούμενος οὖν ὁ πατὴρ, τάτε ἄλλα παρασκευάσας εἰς τὸ δεῖπνον ἔτυχε πολυτελέστερον· καὶ κρατῆρα παρέθηκεν τὸν ἱερὸν τοῦ θεοῦ, μετὰ τὸ Γλαύκου τοῦ Χίου δεύτερον. ὑάλου μὲν τὸ πᾶν ἔργον ὀρωρυγμένης· κύκλῳ δὲ αὐτὸν ἄμπελοι περιέστεφον ἀπὸ τοῦ κρατῆρος πεφυτευμέναι. οἱ βότρυες πάντῃ περικρεμάμενοι· ὄμφαξ μὲν αὐτῶν ἕκαστος ὅσον ἦν κενὸς ὁ κρατήρ· ἐὰν δὲ ἐγχέῃς οἶνον, κατὰ μικρὸν ὁ βότρυς

admotus nares quoque delectat: cumque tactu frigidus sit, in ventrem delapsus ima ex parte iucundum calorem exhalat. Tum Dionysum respondisse: Aqua haec autumnalis, & sanguis e racemis provenit: pastoremque ad vitem duxisse, acceptisque ac simul pressis commonstratae vitis racemis dixisse: Haec aqua est, hi autem fontes. Hoc pacto vinum mortalibus, ut Tyriorum sermo habet, datum fuit.

III. Deo igitur illi sacer ac solemnis ille dies institutus fuit. Quem cum pater meus celebrare vellet, magnificam ac lautam coenam imperavit, & poculum Deo sacrum adposuit, deinde alterum quoque a Glauco Chio elaboratum adhibuit. E caelato id vitro erat, eiusque oram vites in eo ipso natae coronabant: a quibus racemi passim pendebant, sicco omnes poculo acerbi; immisso au-

ὑποπερκάζεται, καὶ σταφυλὴν τὸν ὄμφακα ποιεῖ. Διόνυσός τε ἐντετύπωται τῶν βοτρύων, ἵνα τὴν ἄμπελον γεωργῇ. τοῦ δὲ ποτοῦ προϊόντος ἤδη καὶ ἀναισχύντως ἐς αὐτὴν ἑώρων. Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοὶ [1], ψυχὴν κατασχόντες, ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν καίων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρὶ, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων. οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφή. Ἤδη δὲ καὶ αὐτὴ περιεργότερον εἰς ἐμὲ βλέπειν ἐθρασύνετο, καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν ἡμερῶν ἐπράττετο δέκα. καὶ πλέον τῶν ὀμμάτων ἐκερδαίνομεν ἢ ἐτολμῶμεν οὐδέν.

δ΄. Κοινοῦμαι δὴ τῷ Σατύρῳ τὸ πᾶν, καὶ συμπράττειν ἠξίουν. ὁ δὲ ἔλεγε καὶ αὐτὸς μὲν ἐγνωκέναι πρὶν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν· ὀκνεῖν δὲ ἐλέγχειν, βουλόμενον

tem vino paulatim rubentes, & maturi: quos inter Dionysus, ut vitem coleret, effictus erat. Ceterum, glifcente potu, puellam impudenter intuebar. Amor enim ac Liber, violenti Dii, animam invadentes, eousque incendunt, ut pudoris oblivisci cogant, dum alter consuetum ignem adhibet, alter igni materiam vino subministrat: vinum enim amoris pabulum est. Iam vero & ipsa puella accuratius intueri me ausa est. Atque ad eum modum dies nobis decem consumti sunt: quibus nihil aliud, praeter oculorum coniectus, alter ab altero recepimus, aut attentare ausi fuimus.

IV. Tandem Satyro rem omnem patefeci, atque, ut mihi opem ferret, obsecravi. Ille autem: Omnia, inquit, prius, quam ex te intelligerem, cognovi: sed indicium facere distuli, quia id nescire credi volebam. Clandestinus

1 Propert. I, 3, 13:
Et quamvis duplici correptum ardore iuberent,
Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus.

λαβεῖν. ὁ γὰρ μετὰ κλοπῆς ἐρῶν, ἂν ἐλεγχθῇ πρός τινος, ὡς ὀνειδίζοντα τὸν ἐλέγξαντα μισεῖ. ἤδη δὲ, ἔφη, καὶ τὸ αὐτόματον ἡμῶν προυνόησεν [ἡ τύχη] [1]. ἡ γὰρ τὸν θάλαμον αὐτῆς πεπιστευμένη Κλειὼ, κεκοινώνηκέ μοι, καὶ ἔχει πρός με ὡς ἐραστήν. Ταύτην παρασκευάσω κατὰ μικρὸν πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχειν, ὡς καὶ συναίρεσθαι πρὸς τὸ ἔργον. δεῖ δέ σε καὶ τὴν κόρην, μὴ μέχρι τῶν ὀφθαλμῶν μόνον πειρᾷν, ἀλλὰ καὶ ῥῆμα δριμύτερον εἰπεῖν. Τότε δὲ πρόσαγε τὴν δευτέραν μηχανήν. θίγε χειρὸς, θλίψον δάκτυλον, θλίβων στέναξον. ἢν δὲ ταῦτα σοῦ ποιοῦντος καρτερεῖ καὶ προσίηται, σὸν ἔργον ἤδη, δέσποινάν τε καλεῖν, καὶ φιλῆσαι τράχηλον. Πιθανῶς μὲν, ἔφην, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, εἰς τὸ ἔργον παιδοτριβεῖς· δέδοικα δὲ μὴ ἄτολμος ὢν καὶ δειλὸς ἔρωτος ἀθλητὴς γένωμαι. Ἔρως, ὦ γεν-

enim amans, si quis eius amorem indicet, indicem quasi maledicum aliquem conviciatorem odio prosequi consuevit. Ceterum nostri curam fortuna sponte suscepit. Etenim Clio, cui puellae thalamus creditus est, me in amicitiam recepit, atque amantis loco habet. Ego brevi rem inter vos ita componam, ut ad negotium conficiendum ipsa opem praestet. Verum de puellae voluntate solis oculis periculum facere satis non est: sed efficacius aliquid loqui oportet, ibique machinam etiam alteram adhibere: itaque manum tange, digitos constringe, atque inter constringendum suspira: si haec agentem aequo te animo feret, neque facta huiusmodi aspernabitur, tum vero dominam appella, eiusque collum suaviare. Apposite tu quidem, inquam, ita me servet Pallas, ad eam me rem instituis. Sed vereor, ne, qua sum animi imbecillitate, minus strenuus amoris miles sim. Tum Satyrus: Ignaviam, o generose

1 Ἡ τύχη) Superflua mihi videtur. Paullo inferius dicitur τὸ αὐτόματόν μοι συνήργησε.

ναὶε, ἔφη, δειλίας οὐκ ἀνέχεται. ὁρᾷς αὐτοῦ ὡς ἐστὶ στρατιωτικὸν τὸ σχῆμα; τόξον καὶ φαρέτρα, καὶ βέλη, καὶ πῦρ, ἀνδρεῖα πάντα, καὶ τόλμης γέμοντα. τοιοῦτον οὖν ἐν σεαυτῷ θεὸν ἔχων, δειλὸς εἶ καὶ φοβῇ; ὅρα μὴ καταψεύσῃ τοῦ θεοῦ. ἀρχὴν δὲ ἐγώ σοι παρέξω. τὴν Κλειὼ γὰρ ἀπάξω μάλιστα ὅταν ἐπιτήδειον εἰδῶ καιρὸν, τοῦ σε τῇ παρθένῳ δύνασθαι καθ' αὑτὸν συνεῖναι μόνῃ.

έ. Ταῦτ' εἰπὼν, ἐχώρησεν ἔξω τῶν θυρῶν· ἐγὼ δὲ κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ Σατύρου παροξυνθεὶς, ἤσκουν ἐμαυτὸν εἰς εὐτολμίαν πρὸς τὴν παρθένον· Μέχρι τίνος, ἄνανδρε, σιγᾷς; τί δὲ δειλὸς εἶ στρατιώτης ἀνδρείου θεοῦ; τὴν κόρην προσελθεῖν σοι περιμένεις; Εἶτα προσετίθην· Τί γὰρ, ὦ κακόδαιμον, οὐ σωφρονεῖς; τί δὲ οὐκ ἐρᾷς, ὧν σε δεῖ; παρθένον ἔνδον ἔχεις ἄλλην καλήν. ταύτης ἔρα, ταύτην βλέπε,

vir, Cupido, inquit, non ſuſtinet. An non tu illum militari ornatu incedere, ſagittaſque, pharetram, iaculum, ignem, virilia & audaciae plena omnia eſſe proſpicis? an tu tali Deo plenus obtorpeas & expaveſcas? Cave, ne falſo te amantem praedices. Ego tibi rem incoeptam dabo. Clio enim, ſimulac tempus ad puellam remotis arbitris conveniendam idoneum perſpexero, alio dimittam.

V. Quae cum dixiſſet, abiit. Ipſe autem ſolus relictus, ac Satyri verbis exſtimulatus, ita me componere conabar, ut ne, in puellae conſpectum veniens, animo deficerem; mecumque, Quouſque, inquam, effeminate, obmuteſces? quid tam potentis Dei miles tantopere obtorpeſcis? venturamne ad te illam exſpectas? Non multo autem poſt contrariam in ſententiam haec addebam: Atqui cur non reſipiſcis, infelix? quin illam potius, quam par eſt, virginem diligis? aliam domi habes non deformem; illam ama, il-

ταύτην ἔξεστί σοι γαμεῖν. Ἐδόκουν πεπεῖσθαι. κάτωθεν δὲ, ὥσπερ ἐκ τῆς καρδίας, ὁ ἔρως ἀντεφθέγγετο· Ναὶ, τολμηρὲ, κατ᾽ ἐμοῦ στρατεύῃ καὶ ἀντιπαρατάττῃ; ἵπταμαι, καὶ τοξεύω, καὶ φλέγω. πῶς δυνήσῃ με φυγεῖν; ἂν φυλάξῃ μου τὸ τόξον, οὐκ ἔχεις φυλάξασθαι τὸ πῦρ· ἂν δὲ καὶ ταύτην κατασβέσῃς σωφροσύνῃ τὴν φλόγα, αὐτῷ σε καταλήψομαι τῷ πτερῷ.

στ΄. Ταῦτα διαλεγόμενος ἔλαθον ἐπιστὰς ἀπροοράτως τῇ κόρῃ, καὶ ὠχρίασά τε ἰδὼν ἐξαίφνης· εἶτα ἐφοινίχθην. μόνη δὲ ἦν, καὶ οὐδὲ ἡ Κλειὼ συμπαρῆν. ὅμως οὖν ὡς ἂν τεθορυβημένος, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴπω· Χαῖρε, ἔφην, δέσποινα. Ἡ δὲ μειδιάσασα γλυκὺ, καὶ ἐμφανίσασα διὰ τοῦ γέλωτος, ὅτι συνῆκε, πῶς εἶπον τὸ Χαῖρε δέσποινα, εἶπεν· Ἐγὼ σή; μὴ τοῦτ᾽ εἴπῃς·

lam contemplare, illam te in uxorem habere ius eſt. Itaque mihi perſuaſus eſſe videbar. Verum contra tanquam ex imo cordis Amor reſpondebat: An igitur tantum tibi ſumis, ut contra me arma feras, mihique reſiſtere audeas? Mihi ad volandum pennae, ad vulnerandum ſagittae, ad exurendum faces datae ſunt. Quonam te modo evaſurum ſperas? Ut ſagittarum ictus declines, faces tu quidem certe nunquam evitabis. Quod ſi earum flammis temperantiae ſcutum opponas, volatu profecto te comprehendam.

VI. Haec dum mecum ſolus loquerer, puellae me obviam improviſo factum animadverti, eaque viſa ſtatim expallui: mox rubore perfuſus ſum. Illa tum ſola erat: receſſerat enim etiam Clio. Quamquam igitur animo perculſo & abiecto, quid dicere non habebam, tamen: Salve, inquam, hera. Tum illa ſuaviter ridens, & riſu, quorſum ea ſalutatio ſpectaret, intellexiſſe ſignificans, Tuane ego, inquit, hera? Ah, non aequum dicis. Anne Deus

καὶ μὴν, πέπρακέν σέ τις μοὶ θεῶν, ὥσπερ καὶ τὸν Ἡρακλέα τῇ Ὀμφάλῃ; Τὸν Ἑρμῆν λέγεις· τούτῳ τὴν πρᾶσιν ἐκέλευσε ὁ Ζεύς. Καὶ ἅμα ἐγέλασεν. Ποῖον Ἑρμῆν; Τί ληρεῖς, εἶπον, εἰδυῖα σαφῶς ὃ λέγω; Ὡς δὲ περιέπλεκον λόγους ἐκ λόγων, τὸ αὐτόματόν μοι συνήργησε.

ζ'. Ἔτυχε τῇ προτεραίᾳ ταύτης ἡμέρᾳ περὶ μεσημβρίαν ἡ παῖς ψάλλουσα κιθάρᾳ· ἐπιπαρῆν δὲ αὐτῇ· καὶ ἡ Κλειὼ καὶ παρεκάθητο· διεβάδιζον δὲ ἐγὼ, καί τις ἐξαίφνης μέλιττά ποθεν ἱπτᾶσα τῆς Κλειοῦς ἐπάταξε τὴν χεῖρα. καὶ ἡ μὲν ἀνέκραγεν· ἡ δὲ παῖς ἀναθοροῦσα, καὶ καταθεμένη τὴν κιθάραν κατενόει τὴν πληγήν· καὶ ἅμα παρῄνει, λέγουσα, μηδὲν ἄχθεσθαι· παύσειν γὰρ αὐτὴν τῆς ἀλγηδόνος δύο ἐπᾴσασαν ῥήματα· διδαχθῆναι γὰρ αὐτὴν ὑπό τινος Αἰγυπτίας εἰς πληγὰς σφηκῶν καὶ μελιττῶν. καὶ ἅμα

te, inquit, nescio quis, mihi, quemadmodum Herculem Omphalae, vendidit? Tum ego: Mercurium, inquam, dicis. Siquidem ei auctionem Iuppiter demandavit. Simulque risit. Quem Mercurium? ait. Quas nugas ais, inquam; cum probe, quid dixerim, perceperis? Interea, dum sermones sermonibus texerem, auxilio mihi casus quidam fuit.

VII. Forte fortuna pridie eius diei circiter meridiem Leucippe citharam pulsabat. Aderam vero & ipse, Clioque illi assidebat. Ibi tum me deambulante apicula quaedam, aliunde improviso advolans, Clionis manum pupugit: quae cum eiulasset, puella surrexit, depositaque cithara, vulnus inspexit, ac bono animo esse iussit, dolorem se, inquiens, duobus verbis abstersuram: didicisse enim ab Aegyptia quadam muliere, vesparum apumque morsibus mederi:

ἐπῇδε· καὶ ἔλεγεν ἡ Κλειὼ, μετὰ μικρὸν ῥάων γεγονέναι. Τότε οὖν κατὰ τύχην μέλιττά τις ἢ σφὴξ περιβομβήσασα, κύκλῳ μου τὸ πρόσωπον παρέπτη. κἀγὼ λαμβάνω τὸ ἐνθύμιον, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιβαλλων τοῖς προσώποις, προσεποιούμην πεπλῆχθαι καὶ ἀλγεῖν. ἡ δὲ παῖς προσελθοῦσα, εἷλκε τὴν χεῖρα, καὶ ἐπυνθάνετο ποῖ ἐπατάχθην· κἀγώ· Κατὰ τοῦ χείλους, ἔφην. ἀλλὰ τί οὐκ ἐπᾴδεις, φιλτάτη; Ἡ δὲ προσῆλθέ τε, καὶ ἀνέθηκεν, ὡς ἐπᾴσουσα, τὸ στόμα· καί τι ἐψιθύριζεν, ἐξ ἐπιπολῆς ψαύουσά μου τῶν χειλέων· κἀγὼ κατεφίλουν, σιωπῇ κλέπτων τῶν φιλημάτων τὸν ψόφον. ἡ δὲ ἀνοίγουσα καὶ κλείουσα τῶν χειλέων τὴν συμβολὴν, τῷ τῆς ἐπῳδῆς ψιθυρίσματι φιλήματα ἐποίει τὴν ἐπῳδήν· κἀγὼ τότε ἤδη περιβαλὼν φανερῶς κατεφίλουν· ἡ δὲ διασχοῦσα· Τί ποιεῖς; ἔφη· καὶ σὺ κατεπᾴδεις; Τὴν ἐπῳδὴν, εἶπον, φιλῶ,

ac ſimul excantavit: meliuſculeque ſibi eſſe paulo poſt Clio confeſſa eſt. Tunc igitur caſus attulit, ut apis, forte vero etiam veſpa quaedam, ſuſurrans faciem meam volitando circumiret. Occaſione itaque inde arrepta, manuque ori admota, vulnus accepiſſe, & dolorem ſentire me finxi. Quamobrem accurrens virgo manum removit, &, quae pars laeſa eſſet, rogavit. Ego vero, labra, reſpondi: tu autem, cariſſima Leucippe, cur non excantas? Tum illa tanquam excantatura os admovit, & labiorum meorum extrema contingens neſcio quid immurmuravit. Interea ipſe oſcula furtim nullo edito ſono dabam. Sed & puella, dum in pronuntianda cantione labra nunc aperiret, nunc clauderet, efficiebat, ut cantio in baſia commutaretur. Itaque tum ego eam complectens palam ſuaviatus ſum. Illa vero retrocedens, Quid, inquit, agis? num tu etiam excantas? Atqui cantionem, inquam, exoſcu-

ὅτι μου τὴν ὀδύνην ἰάσω. Ὡς δὲ συνῆκεν, ὃ λέγω, καὶ ἐμειδίασεν, θαρσήσας, εἶπον· Οἴμοι, Φιλτάτη· πάλιν τέτρωμαι χαλεπώτερον· ἐπὶ γὰρ τὴν καρδίαν κατέῤῥευσε τὸ τραῦμα, καὶ ζητεῖ σου τὴν ἐπῳδήν. εἴ που καὶ σὺ μέλιτταν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρεις; καὶ γὰρ μέλιτος γέμεις, καὶ τιτρώσκει σοῦ τὰ φιλήματα. ἀλλὰ δέομαι, κατέπασον αὖθις· καὶ μὴ ταχὺ τὴν ἐπῳδὴν παραδράμῃς, μὴ πάλιν ἀγριάνῃς τὸ τραῦμα. Καὶ ἅμα λέγων, τὴν χεῖρα βιαιότερον περιέβαλλον, καὶ ἐφίλουν ἐλευθεριώτερον. ἡ δὲ ἠνείχετο, κωλύουσα δῆθεν.

η΄. Ἐπὶ τούτῳ πόῤῥωθεν ἰδόντες προσιοῦσαν τὴν θεράπαιναν διελυόμεν, ἐγὼ μὲν ἄκων καὶ λυπούμενος, ἡ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως. ῥᾴων οὖν ἐγεγόνειν, καὶ μεστὸς ἐλπίδων. ᾐσθόμην δὲ ἐπικαθημένου μοι τοῦ φιλήματος ὥσπερ σώματος, καὶ ἐφύλαττον ἀκριβῶς ὡς θη-

lor, quoniam ea tu dolorem mihi omnem eripuisti. Quae cum intellexisset subrisissetque, animus mihi accessit, ac subito: Heu mihi, carissima Leucippe, inquam, rursum atque acerbius pungor: aculeus enim ad cor usque penetravit, excantationemque tuam exposcit. Apem certe tu quoque in ore gestas: nam & mellis plena es, & basia tua vulnus imponunt. Quare iterum, quaeso, excanta: sed tam cito cantionem absolvere noli, ne vulnus recrudescat. Atque inter loquendum manu validiore complexus, liberiusque osculatus sum. Illa, tametsi repugnare videretur, sustinuit tamen.

VIII. Interea procul venientem ancillam conspicati, alius alio secessimus: ego quidem perinvitus ac tristis; illa vero qua mente, haud sane noram. Ex illo melius mihi esse, ac spes augeri coepit; planeque basium in labris meis, quasi corporeum aliquid relictum residere sentiebam, &

σαυρὸν τὸ φίλημα τηρῶν ἡδονῆς, ὃ πρῶτόν ἐστιν ἐραστῇ γλυκύ. καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ καλλίστου τῶν τοῦ σώματος ὀργάνων τίκτεται· στόμα γὰρ φωνῆς ὄργανον· φωνὴ δὲ ψυχῆς σκιά. αἱ γὰρ τῶν στομάτων συμβολαὶ κιρνάμεναι, καὶ πέμπουσαι κατὰ τῶν στέρνων τὴν ἡδονὴν, ἕλκουσι τὰς ψυχὰς πρὸς τὰ φιλήματα. οὐκ οἶδα δὲ οὕτω πρότερον ἡσθείσης τῆς καρδίας. καὶ τότε πρῶτον ἔμαθον ὅτι μηδὲν ἐρίζει πρὸς ἡδονὴν φιλήματι ἐρωτικῷ.

θ'. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ δείπνου καιρὸς ἦν, πάλιν ὁμοίως συνεπίνομεν. ᾠνοχόει δὲ ὁ Σάτυρος ἡμῖν, καί τι ποιεῖ ἐρωτικόν. διαλλάσσει τὰ ἐκπώματα, καὶ τὸ μὲν ἐμὸν τῇ κόρῃ προστίθησι, τὸ δὲ ἐκείνης ἐμοί· καὶ ἐγχέων ἀμφοτέροις, καὶ ἐγκερασάμενος ὤρεγεν. ἐγὼ δὲ ἐπιτηρήσας τὸ μέρος τοῦ ἐκπώματος ἔνθα τὸ χεῖλος ἡ κόρη πίνουσα προσέθιγεν, ἐναρμοσάμενος ἔπινον, ἀπο-

dulcedinem eius, ceu thesaurum quempiam, diligenter custodiebam. Id enim est, quod primum amanti dulce accidit, cum a formosissima & praestantissima corporis parte procreetur. Os enim instrumentum vocis est: vox autem animi umbra. Labiorum porro contactus dum voluptatem in praecordiis ferunt, animos ad sese mutuo suaviandum trahunt. Nec vero talem unquam antea sensibus meis motum allatum fuisse, nec me quidquam aliud, quod cum amatorio suavio dulcedine contenderet, cognoscere memini.

IX. Posteaquam coenandi tempus rediit, rursum accubuimus. Satyrusque, qui nobis vinum miscebat, amatorium nescio quid tum praestitit. Nam poculum Leucippes cum meo, dum utrique ministraret, commutabat. Ego, qua parte bibens Leucippe labra scypho admòverat, observans, eamque ori meo inserens, ac missum ad me os-

στολιμαῖον τοῦτο φίλημα ποιῶν, καὶ ἅμα κατεφίλουν τὸ ἔκπωμα. ὡς δὲ εἶδεν ἡ παρθένος, συνῆκεν ὅτι τοῦ χείλους αὐτῆς καταφιλῶ καὶ τὴν σκιάν. ἀλλ' ὅγε Σάτυρος συμφυράσας πάλιν τὰ ἐκπώματα ἐνήλλαξεν ἡμῶν. τότε ἤδη καὶ τὴν κόρην εἶδον τὰ ἐμὰ μιμουμένην, καὶ τὰ αὐτὰ πίνουσαν· καὶ ἔχαιρον ἤδη πλέον. καὶ τρίτον ἐγένετο τοῦτο, καὶ τέταρτον· καὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας οὕτως ἀλλήλοις προεπίνομεν τὰ φιλήματα.

ί. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ὁ Σάτυρός μοι προσελθὼν, ἔφη· Νῦν μὲν ἀνδρίζεσθαι καιρός. ἡ γὰρ μήτηρ τῆς κόρης, ὡς οἶσθα, μαλακίζεται, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἀναπαύεται· μόνη δὲ ἡ παῖς βαδιεῖται κατὰ τὰ εἰθισμένα τῆς Κλειοῦς ἑπομένης, πρὶν ἐπὶ τὸν ὕπνον τραπῆναι. ἐγὼ δέ σοι καὶ ταύτην ἀπάξω διαλεγόμενος. Ταῦτα εἰπὼν, τῇ Κλειοῖ μὲν αὐτὸς, ἐγὼ δὲ τῇ παιδὶ διαλα-

culum confingens, bibebam, ſimulque poculum ſuaviabar. Id quod animadvertens puella, ſuorum etiam me labiorum veſtigia oſculari iudicavit: cumque adminiſtrator pocula nobis rurſum commutaſſet, illam factum meum imitantem, eodemque modo bibentem animadverti: eoque maiorem etiam voluptatem cepi. Nec vero ſemel factum id a nobis fuit; ſed tertio etiam, ac quarto: deincepſque diei reliquum alter alteri baſia viciſſim propinantes conſumſimus.

X. Abſoluta coena conveniens me Satyrus: Nunc tempus eſt, inquit, virum ut te oſtendas. Puellae mater, ut noſti, minus belle habet, ac ſola cubitum ivit. Puella prius, quam in lecto ſe collocet, una tantummodo cum Clione, eo, quo ſolet, ſe conferet: verum ego eam colloquendo abducam. Sub haec verba ille Clionem, ego

χόντες ἐφηδρεύομεν [1]. καὶ οὕτως ἐγένετο. ἀπεσπάσθη μὲν ἡ Κλειὼ, ἡ δὲ παρθένος ἐν τῷ περιπάτῳ καταλέλειπτο. ἐπιτηρήσας οὖν ὅτε τοῦ φωτὸς τὸ πολὺ τῆς αὐγῆς ἐμαραίνετο, πρόσειμι θρασύτερος γενόμενος πρὸς αὐτὴν ἐκ τῆς πρώτης προσβολῆς, ὥσπερ στρατιώτης ἤδη νενικηκὼς, καὶ τοῦ πολέμου καταπεφρονηκώς· πολλὰ γάρ ἦν τὰ τότε ὁπλίζοντά με θαῤῥεῖν· οἶνος, ἔρως, ἐλπὶς, ἐρημία· καὶ οὐδὲν εἰπὼν, ἀλλ᾽ ὡς ἐπὶ συγκειμένον ἔργον, ὡς εἶχον, περιχυθεὶς, τὴν κόρην κατεφίλουν. ὡς δὲ καὶ ἐπεχείρουν τι προὔργου ποιεῖν, ψόφος τὶς ἡμῶν κατόπιν γίγνεται. καὶ ταραχθέντες, ἀνεπηδήσαμεν. καὶ ἡ μὲν ἐπέκεινα τρέπεται τὴν ἐπὶ τὸ δωμάτιον αὐτῆς· ἐγὼ δὲ ἐπὶ θάτερα σφόδρα ἀνιώμενος, ἔργον οὕτω καλὸν ἀπολέσας, καὶ τὸν ψόφον λοιδορῶν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ Σάτυρος ὑπαντιάζει με φαιδρῷ τῷ

Leucippen obſervabamus, resque e ſententia proceſſit: nam & Clio abducta eſt, & Leucippe in ambulatione remanſit. Ergo veſpertini temporis adventu obſervato, priore ſucceſſu audentior factus, ad eam, quaſi miles iam victor, & pugnae pericula nihili faciens, me contuli: multa enim erant, quibus armatus confidebam, nempe vinum, amor, ſpes, ſolitudo: tacituſque, quaſi ex compacto ita res ageretur, puellam circumplexus baſiavi: cumque praeſtabilius aliquid etiam facere aggreſſus eſſem, ſtrepitus quidam poſt nos auditus fuit. Quamobrem perturbati diſſiluimus, Leucippeque intra cubiculum ſuum, ego aliam in partem me recepi, ſane quam triſtis, tam praeclara occaſione amiſſa, ſtrepitumque deteſtatus ſum. Interea laeto vultu fit mihi obviam Satyrus: qui mihi quae a no-

1 Διαλαχόντες ἐφηδρεύομεν) In ſcriptis, excepto Anglicano, cui editio conſentit, διαλλάττοντες. Non male.

προσώπῳ. καθορᾶν γάρ μοι ἐδόκει ὅσα ἐπράττομεν, ὑπό τινι τῶν δένδρων λοχῶν, μή τις ἡμῖν ἐπέλθῃ. καὶ αὐτὸς ἦν ὁ ποιήσας τὸν ψόφον, προσιόντα θεασάμενός τινα.

ια'. Ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διελθουσῶν, ὁ πατήρ μοι τοὺς γάμους συνεκρότει θᾶττον ἢ διεγνώκει. ἐνύπνια γὰρ αὐτὸν διετάραττε πολλά. ἔδοξεν ἄγειν ἡμῶν τοὺς γάμους, ἤδη δὲ ἅψαντος αὐτοῦ τὰς δᾳδας, ἀποσβεσθῆναι τὸ πῦρ, καὶ μᾶλλον ἠπείγετο συναγαγεῖν ἡμᾶς. Τοῦτο δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν παρεσκευάζετο. ἐώνητο δὲ τῇ κόρῃ τὰ πρὸς τὸν γάμον· περιδέραιον μὲν λίθων ποικίλων· ἐσθῆτα δὲ τὸ πᾶν μὲν πορφυρᾶν· ἔνθα δὲ ταῖς ἄλλαις ἐσθῆσιν ἡ χώρα τῆς πορφύρας, ἐκεῖ χρυσὸς ἦν. ἤριζον δὲ πρὸς ἀλλήλων οἱ λίθοι. ὑάκινθος μὲν, ῥόδον ἦν ἐν λίθῳ· ἀμέθυστος δὲ ἐπορφύρετο τοῦ

bis acta fuerant, omnia vidisse videbatur, dum sub arbore quadam, ne quis nobis superveniret, observabat: quin immo ille ipse venientem, nescio quem, conspicatus, strepitum ediderat.

XI. Elapsis paucis post diebus pater, citius quidem omnino quam constituerat, nuptiis meis operam dare coepit. Multa enim hominem insomnia perterrebant. Namque illas adornare sibi visus est, ignemque, dum nuptiales faces accendisset, exstingui: eoque magis, ut nos iungeret, properavit. Nuptiis igitur, quae tum secutura erat, dicta est dies. Iam in sponsae ornatum necessaria omnia comparata fuerant, monile scilicet variis lapillis distinctum, vestis purpurea tota, nisi quod ea pars, quae in aliis purpura constat, ex auro texta erat. Porro lapilli de pulchritudine inter se contendebant. Hyacinthus lapidea quodammodo rosa erat: amethystus purpurascens ad auri prope

χρυσοῦ πλησίον. ἐν μέσῳ δὲ τρεῖς ἦσαν λίθοι, τὴν χροίαν ἐπάλληλοι· συγκείμενοι δὲ ἦσαν οἱ τρεῖς· μέλαινα ἡ κρηπὶς τοῦ λίθου· τὸ δὲ μέσον σῶμα λευκὸν τῷ μέλανι συνεφαίνετο· ἑξῆς δὲ τῷ λευκῷ τὸ λοιπὸν ἐπυῤῥία κορυφούμενον. ὁ λίθος δὲ τῷ χρυσῷ στεφανούμενος, ὀφθαλμὸν ἐμιμεῖτο χρυσοῦν. τῆς δὲ ἐσθῆτος οὐ πάρεργον εἶχεν ἡ πορφύρα τὴν βαφήν· ἀλλ' οἷον μυθολογοῦσι Τύριοι τοῦ ποιμένος εὑρεῖν τὸν κῦνα, ᾗ καὶ μέχρι τούτου βάπτουσιν Ἀφροδίτης τὸν πέπλον. ἦν γὰρ χρόνος ὅτε τῆς πορφύρας ὁ κόκκος [1] ἀνθρώποις ἀπόῤῥητος ἦν· μικρὸς δὲ αὐτὴν ἐκάλυπτε κόχλος ἐν κοίλῳ μυχῷ. ποιμὴν ἀγρεύει τὴν ἄγραν ταύτην· καὶ ὁ μὲν ἰχθὺν προσεδόκησεν· ὡς δὲ εἶδεν τοῦ κόχλου τὴν τραχύτητα, ἐλοιδόρει τὴν ἄγραν, καὶ ἔῤῥιψεν ὡς θαλάσσης σκύβαλον. εὑρίσκει δὲ κυὼν τὸ ἕρμαιον καὶ κατα-

colorem vergebat. In medio lapilli tres visebantur ita collocati, ut alterius colorem alter exciperet: in unum quippe omnes coaluerant: parsque ima nigra erat: summa, quae in cuspidem surgebat, rubra: media alba cum esset, hinc nigrori, rubori illinc candorem communicabat: lapis ipse auro inclusus aureum oculum imitabatur. Nec vero vulgari purpura, sed ea, quam a pastoris cane inventam Tyrii fabulantur, quaque nunc etiam Veneris peplum tingi consuevit, vestis illius color constabat. Ac fuit quidem aliquando tempus, cum purpurae decus mortales nesciebant, utpote quod intra parvae testae cavum occulebatur. Praedam huiusmodi piscator quidam ceperat, & piscem esse putaverat: verum testae asperitate perspecta, praedam detestatus est, ac tanquam maris faecem abiecit. Invenit lucrum hoc insperatum canis, ac dentibus commi-

1 Ὁ κόκκος) Regii Codd. κόκος, unde Salmasius κόκκος invexit. Reliqui omnes: τῆς πορφύρας ὁ κόσμος. Utrumque recte. Mox malim cum Angl. ἐγκύκλῳ μυχῷ, pro ἐν κοίλῳ μυχῷ.

θραύει τοῖς ὀδοῦσι, καὶ τῷ στόματι τοῦ κυνὸς περιῤῥέει τοῦ ἄνθους τὸ αἷμα, καὶ βάπτει τὸ αἷμα τὴν γένυν, καὶ ὑφαίνει τοῖς χείλεσι τὴν πορφύραν. ὁ ποιμὴν ὁρᾷ τὰ χείλη τοῦ κυνὸς ᾑμαγμένα, καὶ τραῦμα νομίσας τὴν βαφὴν πρόσεισι, καὶ ἀπέπλυνε τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὸ αἷμα λαμπρότερον ἐπορφύρετο. ὡς δὲ καὶ ταῖς χερσὶν ἔθιγε, τὴν πορφύραν εἶχεν ἡ χείρ. συνῆκεν οὖν τοῦ κόχλου τὴν φύσιν ὁ ποιμὴν, ὅτι φάρμακον ἔχει κάλλους πεφυτευμένον. καὶ λαβὼν μαλλὸν ἐρίου, καθῆκεν εἰς τὸν χηραμὸν αὐτοῦ τὸ ἔριον, ζητῶν τοῦ κόχλου τὰ μυστήρια· τὰ δὲ κατὰ τὴν γένυν τοῦ κυνὸς ᾑμάσσετο. καὶ τότε τὴν εἰκόνα τῆς πορφύρας ἐδιδάσκετο. λαβὼν δή τινας λίθους περιθραύει τὸ τεῖχος τοῦ φαρμάκου, καὶ τὸ ἄδυτον ἀνοίγει τῆς πορφύρας, καὶ θησαυρὸν εὑρίσκει βαφῆς.

ιβʹ. Ἔθυεν οὖν τότε ὁ πατὴρ [1] προτέλεια τῶν γά-

nuens praestantissimo sanguinis colore os illius undique perfusum, & maxillae tinctae purpureum labris colorem induxerunt. Tum pastor, canis os sanguinolentum cernens, vulnus illum accepisse ratus est: atque ad mare profectus, aqua conspersit. Ibi vero sanguis ille splendidior evadebat, manusque eius contrectando purpurascebant. Hinc eam esse testae naturam pastor intellexit, ut innatum pulchritudinis medicamentum in se contineret, atque ut rei totius arcana exploraret, accepto lanae glomere in eius latebras demersit. Lana, quomodo etiam canis rictus, sanguine infecta est: ac tum purpurae imaginem didicit; contritaque saxis quibusdam medicamenti illius crusta, purpurae penetralia reseravit, fullonicaeque thesaurum adinvenit.

XII. Quam igitur ante nuptias fieri mos est, rem di-

1 Προτέλεια τῶν γάμων) Hesychius: προτέλεια ἡ πρὸ τῶν γάμων θυσία καὶ ἑορτή. Haec sacra facta Iunoni pronubae, quae apud Graecos dicebatur Ζυγία, seu τέλεια.

μων. ὡς δὲ ἤκουσα, ἀπωλώλειν, καὶ ἐζήτουν μηχανὴν, δι᾽ ἧς ἀναβάλλεσθαι δυναίμην τὸν γάμον. Σκοποῦντος δέ μου, θόρυβος ἐξαίφνης γίνεται κατὰ τὸν ἀνδρῶνα τῆς οἰκίας. ἐγεγόνει δέ τι τοιοῦτον. ἐπειδὴ θυσάμενος ὁ πατὴρ ἔτυχε, καὶ τὰ θύματα ἐπέκειτο τοῖς βωμοῖς, ἀετὸς ἄνωθεν καταπτὰς ἁρπάζει τὸ ἱερεῖον. σοβούντων δὲ πλέον οὐδὲν ἦν· ὁ γὰρ ὄρνις ᾤχετο φέρων τὴν ἄγραν. ἐδόκει τοίνυν οὐκ ἀγαθὸν εἶναι. καὶ δὴ ἐπέσχον ἐκείνην τὴν ἡμέραν τοὺς γάμους. καλεσάμενος δὲ μάντεις ὁ πατὴρ, καὶ τερατοσκόπους τὸν οἰωνὸν διηγεῖται. οἱ δὲ ἔφασαν δεῖν καλλιερῆσαι ξενίῳ Διῒ νυκτὸς μεσούσης ἐπὶ θάλατταν ἥκοντας· ὁ γὰρ ὄρνις ἔτυχεν ἱπτάμενος ἐκεῖ. τὸ δὲ ἔργον εὐθὺς ἀπέβη. τὸν γὰρ ἀετὸν ἀναπτάντα ἐπὶ τὴν θάλατταν, συνέβη φανῆναι οὐκέτι. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὡς ἐγένετο, τὸν ἀετὸν ὑπερεπῄνουν, καὶ δικαίως ἔλεγον ἁπάντων ὀρνίθων

vinam pater faciebat. Quod ſimulatque ipſe perſenſi, periiſſe me iudicavi: cogitabamque, quonam modo aliud omnia in tempus reiici poſſent. Qua in cogitatione defixus dum eſſem, repentinus quidam ſtrepitus a virorum diverſorio exauditus eſt; reſque ita habuit. Cum victimam forte pater mactaviſſet, ariſque impoſuiſſet, delapſa coelo aquila eam rapuit, nihil iis, qui ſubmovere conabantur, perficientibus. Avolavit enim cum praeda. Omen id bonum non eſſe iudicatum eſt: atque a nuptiis eo die ceſſatum. Arceſſitis autem auſpicibus & coniectoribus rem pater expoſuit: atque illi ad mare proficiſci, ac Iovi hoſpitali ſub mediam noctem ſacra facere oportere dixerunt: eo enim aquilam volatum tenuiſſe. Et ſtatim res ita perficitur: nam volucris curſum mare verſus dirigens nuſquam amplius apparuit. Ego, eventu hoc delectatus, aquilam mirum in modum commendavi, aviumque reginam merito eſſe di-

εἶναι βασιλέα. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἀπέβη τοῦ τέρατος τὸ ἔργον.

ιγ'. Νεανίσκος ἦν Βυζάντιος, ὄνομα Καλλισθένης, ὀρφανὸς καὶ πλούσιος· ἄσωτος δὲ καὶ πολυτελής. οὗτος ἀκούων τὴν Σωστράτου θυγατέρα εἶναι καλὴν, ἰδὼν δὲ οὐδέποτε, ἤθελεν αὐτῷ ταύτην γενέσθαι γυναῖκα. καὶ ἦν ἐξ ἀκοῆς ἐραστής. Τοσαύτη γὰρ τοῖς ἀκολάστοις ὕβρις, ὡς καὶ τοῖς ὠσὶν εἰς ἔρωτα τρυφᾶν, καὶ ταῦτα πάσχειν ἀπὸ ῥημάτων, ἃ τῇ ψυχῇ διακονοῦσι τρωθέντες ὀφθαλμοί. Προσελθὼν οὖν τῷ Σωστράτῳ πρὶν ἢ τὸν πόλεμον τοῖς Βυζαντίοις ἐπιπεσεῖν, ᾐτεῖτο τὴν κόρην. ὁ δὲ βδελυττόμενος αὐτοῦ τοῦ βίου ἀκολασίαν, ἠρνήσατο. θυμὸς ἴσχει τὸν Καλλισθένην, καὶ ἠτιμᾶσθαι νομίσαντα ὑπὸ τοῦ Σωστράτου, καὶ ἄλλως [1] ἐρῶντα. ἀναπλάττων γὰρ ἑαυτῷ τῆς παιδὸς

xi. Quod autem omine portendebatur, brevi tempore poſt evenit.

XIII. Calliſthenes Byzantius adoleſcens, parentibus orbatus, dives, luxu perditus, ac ſumtuoſus fuit. Is formoſam Soſtrato filiam eſſe audiens, eam quamquam non viderat, uxorem tamen habere optavit, ac ſola auditione illius amore ardebat. Ea enim hominum intemperantium libido eſt, ut etiam fama ad amandum compellantur, ſermones eandem animo moleſtiam, quam oculi pulchritudine capti, afferant. Igitur ante, quam Byzantiis bellum inferretur, Soſtratum, puellam ut ſibi deſponderet, rogavit. Ille autem, intemperantem hominis vitam minime probans, non daturum ſe reſpondit. Quamobrem Calliſthenes, a Soſtrato contemni ſe ratus, iracundia exarſit: atque alioqui amans, puellaeque pulchritudinem ſibi ipſe

1 Καὶ ἄλλως) Ἄλλως in mendo cubare videtur. Legunt quidam: ἀληθῶς, vel μᾶλλον. Neutrum tamen placet.

τὸ κάλλος, καὶ φανταζόμενος τὰ ἀόρατα, ἔλαθε σφόδρα κακῶς διακείμενος. ἐπιβουλεύει δ' οὖν καὶ τὸν Σώστρατον ἀμύνασθαι τῆς ὕβρεως, καὶ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίαν τελέσαι. νόμου γὰρ ὄντος Βυζαντίοις, εἴτις ἁρπάσας παρθένον, φθάσῃ ποιήσας γυναῖκα, γάμον ἔχειν τὴν βίαν, προσεῖχε τούτῳ τῷ νόμῳ. καὶ ὁ μὲν ἐζήτει καιρὸν πρὸς τὸ ἔργον.

ιδ'. Ἐν τούτῳ δὲ, τοῦ πολέμου περιστάντος, καὶ τῆς παιδὸς εἰς ἡμᾶς ἐκκειμένης, μεμαθήκει μὲν ἕκαστα τούτων· οὐδὲν δὲ ἧττον τῆς ἐπιβουλῆς εἴχετο. καὶ τοιοῦτον αὐτῷ τι συνήργησεν. Χρησμὸν ἴσχουσιν οἱ Βυζαντίοι τοιόνδε·

Ἐστὶ δὲ τὶς νῆσος φυτώνυμον αἷμα λαχοῦσα,
Ἰσθμὸν ὁμοῦ καὶ πορθμὸν ἐπ' ἠπείροιο φέρουσα.
Ἐνθ' Ἥφαιστος ἔχων χαίρει γλαυκῶπιν Ἀθήνην.
Κεῖθι θυηπολίην σε φέρειν κέλομ' Ἡρακλῆι.

confingens, &, quae oculis nondum adſpexerat, mente agitans, quam animo maximam conceperat, indignationem diſſimulavit: & quo modo acceptam a Soſtrato iniuriam ulciſci, ac ſuam ipſius cupiditatem explere poſſet, excogitavit. Nam cum Byzantiis lex eſſet, ut ſi quis virginem rapuiſſet, vimque illi attuliſſet, is alia nulla poena teneretur, quam ut eam matrimonio ſibi adiungeret, legi huic animo intentus Calliſthenes, opportunum ad eam rem tempus quaerebat.

XIV. Quamquam autem bellum ardere, puellamque domi noſtrae commorari didicerat, non tamen inſidias moliri deſtitit. In quo huiuſmodi quiddam homini auxilium tulit. Editum fuerat Byzantiis oraculum hoc:

Inſula, de populo, plantae cognomine, culta eſt,
Deſuper iſthmon habens, ponto contermina ſubtus.
Hic, ubi Vulcanum delectat caeſia Pallas,
Alcidae iubeo reddas ſolemnia ſacra.

ιδ'. Τότε μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦμεν. ἑσπέρας δὲ γενομένης, ἡ μὲν ἐπεχείρει με κρατεῖν ἐκεῖ κοιμηθησόμενον· ἐγὼ δὲ παρῃτούμην, εἰπὼν ἃ καὶ πρὸς τὸν Σά-

amor ipsis etiam alimentis aditum obstruit. Voluptas autem, quae in videndo percipitur, per oculos illapsa menti insidet, reique visae imaginem secum raptam animi speculo continenter imprimit, atque effingit: pulchritudinisque fluxio ipsa per occultos radios in amantis pectus dimanans, amatae rei formam insculpit. Illud igitur cum animadvertissem: Quid causae, inquam, est, quamobrem te nihil eorum, quae imperasti, edentem cerno? nae tu pictis convivis mihi similis videris. Tum illa: Quodnam mihi lautius, inquit, obsonium, quod vinum pretiosius tuo esse adspectu posse putas? Protinusque his dictis, me iam non sine voluptate oscula admittente, dissuaviata est; dein retrocedens: Tu meum, inquit, oblectamentum es.

XIV. Ac tum quidem hoc modo res habuit. Postea vero quam nox adventavit, mulier secum me nocte illa retinere conata est. Sed cum eadem fere, quae Satyro dixe-

τυρον ἔτυχον προσαγορεύσας. μόλις οὖν ἀφίησιν ἀνιωμένη. τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνέκειτο ἡμῖν εἰς τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν ἀπαντῆσαι, διαλεξομένοις τε ἀλλήλοις καὶ πιστωσομένοις ἐπὶ μάρτυρι τῇ θεῷ. συμπαρῆσαν δὲ ἡμῖν ὅ, τε Μενέλαος καὶ ὁ Κλεινίας. ὀμνύομεν, ἐγὼ μὲν ἀγαπήσειν ἀδόλως, ἡ δὲ ἄνδρα ποιήσασθαι, καὶ πάντων ἀποφῆναι δεσπότην. Ἄρξει δὲ, εἶπον ἐγὼ, τῶν συνθηκῶν ἡ εἰς Ἔφεσον ἡμῶν ἄφιξις· ἐνταῦθα γὰρ, ὡς ἔφην, Λευκίππης παραχωρήσεις. δεῖπνον οὖν ἡμῖν ηὐτρεπίζετο πολυτελές. καὶ ὄνομα μὲν ἦν τῷ δείπνῳ γάμοι· τὸ δὲ ἔργον συνέκειτο ταμιεύεσθαι. Καί τι μέμνημαι καὶ γελοῖον παρὰ τὴν ἑστίαν τῆς Μελίττης. ὡς γὰρ ἐπευφήμουν τοῖς γάμοις οἱ παρόντες, νεύσασα πρός με ἡσυχῇ Κενὸν, εἶπεν, ἐγὼ μόνη πέπονθα,

ram, repetendo assentiri nollem, quamquam aegre ac difficulter, dimissus sum tamen: ac ea lege, ut postridie in Isidis conveniremus, ibique, teste Dea, tota de re, inter nos quid futurum esset, constabiliremus. Adfuimus itaque, Menelao etiam Cliniaque me comitantibus: iuravimusque, ego quidem, perquam sancte me illam amaturum; illa vero, me sibi coniugem adscituram, rerumque suarum omnium dominum habituram. Quae quidem inter nos firmata sunt, ut non ante promissa fierent, quam Ephesum applicuissemus. Illic enim, uti antea testatus fueram, Melitae Leucippen cedere volebam. Deinceps mensae conquisitissimis ex cibis cumulatae accumbentes coenavimus: coenaeque illi nuptiale nihil, nisi nomen, fuit: nam reliqua in aliud tempus differre pacti eramus. Porro autem mihi nunc etiam risu dignum nescio quid a Melite inter coenandum dictum fuisse, in mentem venit. Nam simulac nuptiis, qui aderant, bene precati sunt, Melite clam mihi annuens: Ego, inquit, inane quiddam sola passa sum.

καὶ οἷον ἐπὶ τοῖς ἀφανέσι ποιοῦσι νεκροῖς. κενοτάφιον μὲν γὰρ εἶδον, κενογάμιον δὲ οὔ. Ταῦτα μὲν οὖν ἔπαιζε σπουδῇ.

ιε'. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ στελλόμεθα πρὸς ἀποδημίαν· κατὰ τύχην δὲ καὶ τὸ πνεῦμα ἐκάλει ἡμᾶς. καὶ ὁ Μενέλαος μέχρι τοῦ λιμένος ἐλθὼν, καὶ ἀσπασάμενος, εὐτυχεστέρας εἰπὼν νῦν ἡμᾶς τυχεῖν τῆς θαλάσσης, ἀπετράπετο αὖθις, νεανίσκος πάνυ χρηστὸς καὶ θεῶν ἄξιος, καὶ ἅμα δακρύων ἐμπεπλησμένος, καὶ ἡμῖν δὲ πᾶσι κατεφέρετο δάκρυα. τῷ δὲ Κλεινίᾳ ἐδόκει μή με καταλιπεῖν, ἀλλὰ μέχρις Ἐφέσου συμπλεύσαντα, καί τινα χρόνον διατρίψαντα τῇ πόλει, ἐπανελθεῖν, εἰ τὰ ἐμὰ ἐν καλῷ κείμενα καταμάθοι. Γίνεται δὴ κατ' οὐρὰν ἡμῶν ὁ ἄνεμος· ἑσπέρα τε ἦν, καὶ δειπνήσαντες ἐκείμεθα κοιμησόμενοι. ἰδίᾳ δὲ ἐμοὶ καὶ τῇ Μελίττῃ καλύβη τις ἦν ἐπὶ τοῦ σκάφους πε-

Ut enim iis, quorum cadavera humanda nusquam reperiuntur, inanes tumuli exstrui solent: sic inanes mihi nuptias esse animadverto. Atque hoc quidem pacto mulier callide iocabatur.

XV. Postridie vento secundo invitati Alexandria solvimus: Menelausque ad litus nos usque secutus, & data acceptaque salute, prosperam nobis navigationem precatus, discessit, adolescens probus sane, ac paene divinus: qui, cum lacrimarum plenus recederet, nobis omnibus pariter lacrimas excussit. Clinia, me deserere indignum ratus, Ephesum una mecum proficisci voluit, ut ibi tantisper moraretur, dum res meas in tuto esse prospiceret. Sed cum iam prospero cursu navis nostra ferretur, noxque appropinquasset, ac cibo sumto, vix cubiculum, quod utrique nostrûm commune in navi adornatum fuerat, dor-

ριπεφραγμένη. βαλοῦσα οὖν με κατεφίλει καὶ ἀπῄτει τὸν γάμον· Νῦν μὲν, λέγουσα, Λευκίππης τοὺς ὅρους ἐξήλθομεν, καὶ τῶν σῶν συνθηκῶν τοὺς ὅρους ἀπειλήφαμεν· ἐντεῦθεν ἡ προθεσμία. Τί δεῖ με νῦν εἰς Ἔφεσον περιμένειν; ἄδηλοι τῆς θαλάσσης αἱ τύχαι, ἄπιστοι τῶν ἀνέμων αἱ μεταβολαί. πίστευσόν μοι, Κλειτοφῶν, καίομαι. ὄφελον ἠδυνάμην δεῖξαι τὸ πῦρ. ὄφελον εἶχον τὴν αὐτὴν φύσιν τῷ κοινῷ τοῦ ἔρωτος πυρὶ, ἵνα σοι περιχυθεῖσα κατέφλεξα. νῦν δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῦτο μόνον τὸ πῦρ ἰδίαν ὕλην ἔχει, καὶ ἐν ταῖς περὶ τοὺς ἐραστὰς συμπλοκαῖς ἀνακαιόμενον λάβρον τῶν συμπλεκομένων φείδεται. ὦ πυρὸς μυστικοῦ· πυρὸς ἐν ἀποῤῥήτῳ δᾳδουχουμένου· πυρὸς τοὺς ὅρους αὐτοῦ φυγεῖν μὴ θέλοντος. μυηθῶμεν οὖν, ὦ φίλτατε, τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια.

mitum intravissemus, Melite me complexa suaviari, nuptiasque repetere coepit: Nunc quidem certe, inquiens, extra Leucippes fines egressi sumus, ac pactos iam terminos tenemus: haec praestitura dies est. Quid nunc, donec Ephesum pervenerimus, differre oportet? An nescis, dubios maris eventus, infidasque ventorum mutationes esse? uror, mihi crede, Clitophon, uror: atque utinam ardoris magnitudinem palam facere liceret: utinam ea in me, quae in amoris igne, vis esset, ut complexuum meorum contactu flammam in te immittere valerem. Sed meus hic ignis diversam quandam ab aliis vim sortitus est. Nam cum inter amantium complexus vehementissime alii fervere soleant, meus hic nobis mutuo in complexu iacentibus parcit. O ignem arcanum! o ignem in abdito relucentem! o ignem suas ipsius leges transgredi nolentem! at nos, o carissime Clitophon, cur non tandem Veneris sacris initiamur?

ιϛ΄. Κἀγὼ εἶπον· Μή με βιάσῃ λῦσαι [1] θεσμὸν ὁσίας νεκρῶν. οὔπω τῆς ἀθλίας ἐκείνης τοὺς ὅρους παρήλθομεν, ἕως ἂν γῆς ἐπιβῶμεν ἑτέρας. οὐκ ἤκουσας ὡς ἐν θαλάσσῃ τέθνηκεν; ἔτι πλέω Λευκίππης τὸν τάφον. τάχα που περὶ τὴν ναῦν αὐτῆς εἰλεῖται τὸ εἴδωλον. λέγουσι δὲ τὰς ἐν ὕδατι ψυχὰς ἀνηρημένας, μηδὲ εἰς ᾅδου καταβαίνειν ὅλως, ἀλλ᾽ αὐτοῦ περὶ τὸ ὕδωρ ἔχειν τὴν πλάνην, καὶ ἐπιστήσεται τάχα ἡμῖν συμπλεκομένοις. ἐπιτήδειον δέ σοι δοκεῖ καὶ τὸ χωρίον εἶναι πρὸς γάμον; γάμος ἐπὶ κύματος, γάμος ὑπὸ θαλάσσης φερόμενος; θάλαμον ἡμῖν θέλεις γενέσθαι μὴ μένοντα; Σὺ μὲν, ἔφη, σοφίζῃ, φίλτατε· πᾶς δὲ τόπος τοῖς ἐρῶσι θάλαμος, οὐδὲν γὰρ ἄβατον τῷ

XVI. Tum ego: Ne me, inquam, mortuorum iusta intervertere adigas: neque enim miserae illius puellae fines praetervectos nos esse dicendum est, nisi cum alias tenuerimus terras. An non eam in mari vitam reliquisse audidivisti? Leucippes sepulcrum est maris amplitudo haec, per quam ferimur. Quid vero scis? an non fieri posse putas, ut circum navim hanc simulacrum illius erret? Animas enim eorum, qui in aquis pereunt, non omnino quidem ad inferos descendere, sed propter aquas circumferri aiunt. Ac fortasse nobis hic complicatis imminebit. Ceterum idoneusne tibi ad nuptias conficiendas locus hic videtur? rectene tu illas inter fluctus, marisque iactationes fieri arbitraris? an tu ab instabili nuptias nostras toro auspicari nos debere censes? Tum Melite: Scite mecastor, inquit, argutaris: verumtamen locum ego quemlibet pro thalamo amantibus esse arbitror. Amori enim Deo nullus prae-

1 Μή με βιάσῃ λῦσαι) In Anglicano: μή με βίᾳ συλῆσαι. Ita videtur legisse interpres, qui, *iusta intervertere mortuorum*, vertit. Et paulo post idem Anglicanus, cum editione Palatina habet: ὡς ἐν πελάγει τέθνηκεν.

θεῷ [1]. ἐν θαλάσσῃ δὲ μὴ καὶ οἰκειότερόν [2] ἐστιν ἔρωτι καὶ Ἀφροδισίοις μυστηρίοις; θυγάτηρ Ἀφροδίτη Θαλάσσης· χαρισώμεθα τῇ γαμηλίῳ θεῷ, τιμήσωμεν αὐτῆς γάμῳ τὴν μητέρα. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τὰ παρόντα γάμων εἶναι σύμβολα. ζυγὸς μὲν οὕτως ὑπὲρ κεφαλῆς κρεμάμενος, δεσμοὶ δὲ περὶ τὴν κεραίαν τεταμένοι. καλά γε, ὦ δέσποτα, τὰ μαντεύματα· ὑπὸ ζυγὸν ὁ θάλαμος, καὶ κάλοι δεδεμένοι· ἀλλὰ καὶ πηδάλιον τοῦ θαλάμου πλησίον. ἰδοὺ τοὺς γάμους ἡμῶν ἡ τύχη κυβερνᾷ· νυμφοστολήσουσι δὲ ἡμᾶς Ποσειδῶν καὶ Νηρεΐδων χορός. ἐνταῦθα γὰρ καὶ αὐτὸς Ἀμφιτρίτην γαμεῖ. λιγυρῶς δὲ συρίζει περὶ τοὺς κά-

clusus locus est. Quin etiam arcanis eius familiarissimam sedem esse mare accipimus. Quid quod Maris Venus est filia, ut non ingratam nuptiarum Deae rem facturos nos existimem, si matri eius hoc honoris habuerimus, ut, quae ad perficiendas nuptias restant, hic consummemus. Nam & iugum, & quae circum antennam posita vincula sunt, nuptiarum praesentiae mihi omnino signa videntur esse. An non optimum, o here, auspicium putandum est, sub iugo thalamum inire, rudentibus inter se colligatis, & gubernaculo prope collocato? argumento est id quidem, nuptias a fortuna nostras gubernari. Ecce autem & Neptunus, is Amphitriten in mari uxorem duxit, & Nereïdum chori nos comitabuntur; ipsaque ventorum, tam suaviter

1 Ἄβατον τῷ θεῷ) Ita Longus sub init. L. III Poemen. Ἔρωτι δὲ ἄρα πάντα βάσιμα, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ Σκυθικὴ χιών.

2 Ἐν θαλάσσῃ δὲ μὴ καὶ οἰκειότερον) Ita omnes libri. Distinctione iuvandus atque allevandus locus, qui sic iacet: Ἐν θαλάσσῃ δε; μὴ καὶ οἰκειότερόν ἐστιν ἔρωτι καὶ Ἀφροδισίοις μυστηρίοις; *In mari vero? Num locus aliquis magis idoneus amori ac Veneris sacris?* SALM. Sanus etiam sensus est, omissis illis μὴ καὶ, quae Bavaricus Codex non habet. Tunc autem signa interrogationis delenda.

λους καὶ τὸ πνεῦμα. ἐμοὶ μὲν ὑμεναῖον ἄγειν δοκεῖ τὰ τῶν ἀνέμων αὐλήματα· [1] ὁρᾷς δὲ καὶ τὴν ὀθόνην κεκυρτωμένην, ὥσπερ ἐγκύμονα γαστέρα. δεξιόν μοι καὶ τοῦτο τῶν οἰωνισμάτων. ἔσῃ μοι ταχὺ καὶ πατήρ. Ἰδὼν οὖν αὐτὴν σφόδρα ἐγκειμένην· Φιλοσοφήσωμεν, εἶπον, ὦ γύναι, μέχρι λαβώμεθα γῆς. ὄμνυμι γάρ σοι τὴν θάλατταν αὐτὴν, καὶ τὴν τοῦ πλοῦ τύχην, ὡς ἐσπούδακα καὶ αὐτός. ἀλλ' εἰσὶ καὶ θαλάσσης νόμοι. πολλάκις ἤκουσα παρὰ τῶν ναυτικωτέρων, καθαρὰ δεῖν Ἀφροδισίων εἶναι τὰ σκάφη, τάχα μὲν, ὡς ἱερὰ, τάχα δὲ, ἵνα μή τις ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ τρυφᾷ. μὴ ἐνυβρίσωμεν, ὦ φιλτάτη, τῇ θαλάσσῃ, μηδὲ συμμίξωμεν γάμον ὁμοῦ καὶ φόβον, τηρήσωμεν ἑαυτοῖς κα-

circa rudentes obſtrepentium, murmura hymenaeum canere mihi videntur. An non tu quoque velum iſtud, quaſi praegnantem uterum, intumeſcere cernis? quod ego ſane boni ominis loco mihi duco, hinc futurum conieſtans, ut iamiam pater futurus ſis. Itaque cum illam ad id tam propenſam viderem, Philoſophemur, inquam, o mulier, tantiſper, dum terram attingamus. Illud autem tibi ego per mare ipſum, & per navigationis huius eventum iuro, non alio me, quam te, deſiderio teneri. Sed ſunt ſuae ipſius maris leges: de nautis enim perſaepe audivi, naves a venereis congreſſibus puras eſſe oportere, ſive quod ſacrae ſint, ſive quod minime deceat inter ea, quae mari ſemper impendent, pericula quemquam laſcivius oblectari. Ne igitur mari maculam hanc inuramus, neu nuptiis terrorem immiſceamus, aut, quo minus harum nobis ſolidum gaudium ſit, noſmet in cauſa ſimus. Quae cum dixiſ-

1 Theocr. XXVII, 57:
Ἀλλήλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

θαρὰν τὴν ἡδονήν. Ταῦτα λέγων καὶ μειλισσόμενος τοῖς φιλήμασιν ἔπειθον, καὶ τὸ λοιπὸν οὕτως ἐκαθεύδομεν.

ιζʹ. Πέντε δὲ τῶν ἑξῆς ἡμερῶν διανύσαντες τὸν πλοῦν ἥκομεν εἰς τὴν Ἔφεσον. Οἰκία μεγάλη καὶ πρώτη τῶν ἐκεῖ· θεραπεία πολλὴ, καὶ ἄλλη παρασκευὴ πολυτελής. κελεύει δὴ δεῖπνον ὡς ὅτι εὐπρεπέστατον ἑτοιμάζειν. Ἡμεῖς δὲ τέως, ἔφη, χωρήσωμεν εἰς τοὺς ἀγρούς. ἀπεῖχον δὲ τῆς πόλεως σταδίους τέτταρας. ἐπικαθίσαντες οὖν ὀχήματι, ἐξήλθομεν. καὶ ἐπεὶ τάχιστα παρεγενόμεθα, διεβαδίζομεν τοὺς ὀρχάτους τῶν φυτῶν, καὶ ἐξαίφνης προσπίπτει τοῖς γόνασιν ἡμῶν γυνὴ, σχοίνοισι παχείαις δεδεμένη, δίκελλαν κρατοῦσα, τὴν κεφαλὴν κεκαρμένη, ἐῤῥυπωμένη τὸ σῶμα, χιτῶνα ἀνεζωσμένη ἄθλιον πάνυ, καί· Ἐλέησόν με, ἔφη, δέ-

ſem, oſculis idemtidem ſubblandiens, mulierem in meam ſententiam pertraxi: atque ita, quod noctis reliquum erat, ſomno dedimus.

XVII. Quinto autem, poſtquam diſceſſeramus, die Epheſum navim appulimus: ubi Melites domum amplam, & earum, quae illa in urbe eſſent, facile primam, ſervorum praeterea numerum non exiguum, aliam poſtremo ſupellectilem ſane quam lautiſſimam comperi. Mulier interea dum coenae, quam ſplendidiſſimam imperaverat, tempus adventaret, una ſecum me rus, ab urbe non amplius paſſus D diſtans, pergere voluit: quo ſimulac curru vecti ſumus, arborumque in quincuncem directarum ordines perambulare coepimus; e veſtigio mulier quaedam, gravioribus catenis vincta, ligonem geſtans, capillo detonſo, corpore ſqualido, amictu lacero atque diſcincto, ad genua nobis proſtrata: Miſerere, inquit, mei, o hera, mulieris

σπoινα, γυνὴ γυναῖκα, ἐλευθέραν μὲν, ὡς ἔφην [1], δούλην δὲ νῦν, ὡς δοκεῖ τῇ τύχῃ. καὶ ἅμα ἐσιώπησεν. λέγει οὖν ἡ Μελίττη· Ἀνάστηθι νῦν, ὦ γύναι· λέγε, τίς εἶ, καὶ πόθεν, καὶ τίς σοι τοῦτον περιέθηκε τὸν σίδηρον· κέκραγεν γάρ σου καὶ ἐν κακοῖσιν ἡ μορφὴ τὴν εὐγένειαν. Ὁ σὸς, εἶπεν, οἰκέτης, ὅτι αὐτῷ μὴ πρὸς εὐνὴν ἐδούλευον. ὄνομα Λάκαινα, τὸ γένος Θετταλὴ, καὶ σοὶ προσφέρω μου ταύτην τὴν τύχην ἱκετηρίαν· ἀπόλυσόν με τῆς καθεστώσης συμφορᾶς· παρασχοῦ δέ μοι τὴν ἀσφάλειαν, ἔστ' ἂν ἀποτίσω τὰς δισχιλίας. τοσούτου γάρ με ὁ Σωσθένης ἀπὸ τῶν λῃστῶν ἐωνήσατο. ποριοῦμεν δὲ εὖ ἴσθι τὴν ταχίστην· εἰ δὲ μὴ, σοὶ δουλεύσομεν. ὁρᾷς δὲ πληγαῖς ὡς κατέξανέ με πολλαῖς; καὶ ἅμα διανοίξασα τὸν χιτῶνα, δείκνυσι τὰ νῶτα δια-

mulier, & liberae quidem olim, ut vere affirmare poſſum; ſervae autem nunc, ſicuti fortunae viſum eſt. Vocemque hic repreſſit. Tum Melite: Surge, inquit, mulier, & quae ſis, & cuias, quiſve has tibi catenas iniecerit, eloquere. Adſpectus enim tuus, etiamſi adverſa fortuna premaris, nobilitatem tuam praedicat. Tum illa: Familiae, inquit, tuae procurator, quod impuris eius cupiditatibus obtemperare nolui. Genere Theſſala ſum, Lacaenae mihi eſt nomen. Hanc ego tibi fortunam meam ſupplex commendo. Tu ex iis me miſeriis, quibus oppreſſam vides, eripe, fidemque mihi tantiſper habe, dum tibi drachmarum duo millia, tanti enim me a piratis Soſthenes emit, diſſolvero. Quae, mihi crede, quam ociſſime conficiam. Sin minus, tibi ſervire pergam. Ceterum quam me ille foede excruciatam habuerit, vide. Protinuſque diducta veſte ter-

1 Ἐλευθέραν μὲν, ὡς ἔφην) Interpres legiſſe videtur: ἐλευθέραν μὲν τὸ πρίν. Rectius tamen videtur, quod & Bergero in mentem venit, ὡς ἔφυν, ex oppoſ. ὡς δοκεῖ τῇ τύχῃ.

γεγραμμένα ἔτι οἰκτρότερον. Ὡς οὖν ταῦτα ἠκούσαμεν, ἐγὼ μὲν συνεχύθην· καὶ γάρ τι ἐδόκει Λευκίππης ἔχειν. Ἡ δὲ Μελίττη ἔφη· Θάῤῥει, γύναι· τούτων γάρ σε λύσομεν, εἴς τε τὴν οἰκίαν προῖκα ἀποπέμψομεν. τὸν Σωσθένην καλεσάτω τὶς ἡμῖν. Ἡ μὲν οὖν εὐθὺς τῶν δεσμῶν ἠλευθεροῦτο· ὁ δὲ παρῆν τεταραγμένος. λέγει οὖν ἡ Μελίττη· Ὦ κακὴ κεφαλή· τοιαῦτά ποτε κἂν τῶν ἀγρειοτάτων οἰκετῶν τεθέασαι παρ᾽ ἡμῖν οὕτως ᾐκισμένον; τίς αὕτη, λέγε μηδὲν ψευσάμενος. Οὐκ οἶδα, εἶπεν, ὦ δέσποινα, πλὴν ἔμπορός τις ὄνομα Καλλισθένης, ταύτην μοι πέπρακεν, φάσκων ἐωνῆσθαι μὲν αὐτὴν ἀπὸ λῃστῶν, εἶναι καὶ ἐλευθέραν. ὄνομα δὲ αὐτὴν ὁ ἔμπορος ἐκάλει Λάκαιναν. Ἡ δὲ τὸν μὲν τῆς διοικήσεως, ἧς εἶχεν, ἀπέσπασεν [1], αὐτὴν δὲ παραδίδωσι θεραπαίναις, κελεύσασα λοῦσαι, καὶ

ga oſtendit miſerum in modum conſcribillata. Quae cum audiviſſemus, ego quidem ſtupore oppreſſus ſum. Leucippes enim ſimilitudinem quandam habere mihi viſa eſt. Melite vero, Bono, inquit, animo eſto. Ab iis enim malis te liberabo, domumque gratis remittam. Mox Soſthenem vocari, eamque e vinculis eximi iuſſit. Sane autem perterritus Soſthenes adfuit ſtatim. Cui Melite: Quando, inquit, ſceleſtum caput, e vilioribus etiam famulis noſtris aliquem tam immaniter a nobis acceptum vidiſti? Sed quaenam haec ſit, age, fallaciis omiſſis, effare actutum. Nihil aliud hercule, inquit ille, o hera, ſcio, praeterquam quod mercator, Calliſthenes ei nomen erat, eam mihi vendidit, a piratis emtam affirmans: eſſe autem liberam, Lacaenamque appellari, aiebat. Melite hominem ab adminiſtratione, cui praeerat, abdicavit, mulierem ancillis commendavit,

1 Ἀπέσπασεν) Sic meliores Codices. In aliis exemplaribus, & quae, ut videtur, ex prima editione deſcripta ſunt: ἡ δὲ τὸν μὲν τῆς διοικήσεως, ἧς εἶχεν, ἀπέπαυσεν. Quod & ipſum ferri poteſt.

ἐσθῆτα ἀμφιᾶσαι καθαρὰν, καὶ εἰς ἄστυ ἀγαγεῖν. διοικήσασα δέ τινα τῶν κατὰ τοὺς ἀγροὺς, ὧν ἕνεκεν παρῆν, ἐπιβᾶσα τοῦ ὀχήματος ἅμα ἐμοὶ, ἐπανῄειμεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ περὶ τὸ δεῖπνον ἦμεν.

ιή. Ἑστιωμένῳ δέ μοι μεταξὺ σημαίνει νεύσας ὁ Σάτυρος προσανίστασθαι, καὶ ἦν τὸ πρόσωπον ἐσπουδακώς. σκηψάμενος γοῦν ἐπί τινι τῶν κατὰ τὴν γαστέρα ἐπείγειν, διανίσταμαι. καὶ ἐπεὶ προῆλθεν, λέγει μὲν οὐδὲν, ἐπιστολὴν δὲ ὀρέγει. λαβὼν δὲ, πρὶν ἀναγνῶναί με, κατεπλάγην εὐθύς· ἐγνώρισα γὰρ Λευκίππης τὰ γράμματα. ἐγέγραπτο δὲ τάδε.

ΛΕΥΚΙΠΠΗ ΚΛΕΙΤΟΦΩΝΤΙ ΤΩ ΔΕΣΠΟΤΗ ΜΟΥ.

Οὕτω γάρ σε δεῖ καλεῖν, ἐπεὶ καὶ τῆς δεσποίνης ἀνὴρ εἶ τῆς ἐμῆς. Ὅσα μὲν διὰ σὲ πέπονθα, οἶδας.

lotamque ac munda palla indutam in urbem duci iussit. Deinceps nonnullis ad agrorum rationem pertinentibus, quorum gratia illo se contulerat, imperatis, pilento ad urbem reversi sumus, coenaturique accubuimus ibi.

XVIII. Tum Satyrus, vultu nescio quid serium admodum subindicante, clam mihi, ut exsurgerem, significavit. Quamobrem purgandae alvi gratia secedere me simulans, exivi. Tum Satyrus, qui progressus erat, nullis omnino prolatis verbis, epistolam mihi reddidit: qua resignata, protinus, antequam legere inciperem, animo consternatus sum: Leucippes enim erant manu exaratae hoc exemplo literae.

LEUCIPPE CLITOPHONTI HERO S.

Herum te a me appellari, non est sane quod admirere: quo enim alio te nomine vocem, qui herae meae maritus factus sis? Quamquam autem, quaecunque tua causa pertuli, minime igno-

ἀνάγκη δὲ νῦν ὑπομνῆσαί σε. διὰ σὲ τὴν μητέρα κατέλιπον, καὶ πλάνην εἱλόμην· διὰ σὲ πέπονθα ναυαγίαν, καὶ λῃστῶν ἠνεσχόμην· διὰ σὲ ἱερεῖον γέγονα, καὶ καθαρμὸς, καὶ τέθνηκα ἤδη δεύτερον· διὰ σὲ πέπραμαι, καὶ ἐδέθην σιδήρῳ, καὶ δίκελλαν ἐβάστασα, καὶ ἔσκαψα γῆν, καὶ ἐμαστιγώθην· ἵνα σὺ, ὃ γέγονας, ἄλλῃ γυναικὶ, καὶ ἐγὼ τῶν ἑτέρων ἀνδρῶν γένωμαι; μὴ γένοιτο. ἀλλ᾽ ἐγὼ μὲν ἐπὶ τοσαύταις ἀνάγκαις διεκαρτέρησα. σὺ δὲ ἄπρατος, ἀμαστίγωτος γαμεῖς. εἴ τις οὖν τῶν πεπονημένων διὰ σὲ κεῖται χάρις, δεήθητί σου τῆς γυναικὸς, ἀποπέμψαι, ὡς ἐπηγγείλατο. τὰς δὲ δισχιλίας, ἃς ὁ Σωσθένης ὑπὲρ ἐμοῦ κατεβάλετο, πίστευσον ἡμῖν, καὶ ἐγγύησαι πρὸς τὴν Μελίττην, ὅτι πέμψομαι. ἐγγὺς γὰρ τὸ Βυζάντιον. ἐὰν δὲ καὶ ἀποτίσῃς, νόμιζε μισθόν μοι δεδωκέναι τῶν

tas, commonefaciendum te tamen in praesentia pernecessarium duxi. Tua causa matrem reliqui, errationemque mihi elegi: tua causa naufragium feci, moxque in piratarum manus deveni: tua causa hostia & expiatio facta sum, aliamque iterum mortem oppetii: tua causa venivi, ferreisque catenis fui constricta, ligonem gestavi, terram effodi, vapulavi: ut tu scilicet alterius mulieris coniux, ego alterius viri uxor essem? at hoc Dii prohibeant. Ego quidem certe hasce omnes aerumnas forti animo sustinui: tu vero illaesus, verberumque immunis, novis te nuptiis oblectas. Verum si mihi ullam pro iis incommodis, quae tua causa pertuli, gratiam habendam censes, uxorem tuam obtestare, ut me, sicuti pollicita est, missam faciat, eique drachmarum duo millia, quae pro me Sosthenes exsolvit, sponde: ac, quoniam Byzantio non longe absumus, curaturam me quamprimum, in te recipe. Aut si fidem mihi non habes, omnium tua causa perpessorum gratiam hac ipsa re a te mihi abunde relatam esse ar-

ὑπέρ σου πόνων. Ἔῤῥωσο, καὶ ὄναιο τῶν καινῶν γάμων. ἐγὼ δὲ ἔτι σοι ταῦτα γράφω παρθένος.

ιθ'. Τούτοις ἐντυχὼν πάντα ἐγινόμην ὁμοῦ, ἀνεφλεγόμην, ὠχρίων, ἐθαύμαζον, ἠπίστουν, ἔχαιρον, ἠχθόμην. λέγω οὖν πρὸς τὸν Σάτυρον· Πότερον ἐξ ᾅδου ἥκες φέρων ἐπιστολήν; ἢ τι ταῦτα θέλει; Λευκίππη πάλιν ἀνεβίω; Μάλιστα, ἔφη· καὶ ἔστιν, ἣν εἶδες ἐν τοῖς ἀγροῖς· τότε μὲν οὖν οὐδ᾽ ἂν ἄλλος ἰδὼν αὐτὴν γνωρίσειεν, ἔφηβον οὕτω γενομένην· τοῦτο γὰρ ἡ τῶν τριχῶν αὐτῆς κουρὰ μόνον ἐνήλλαξεν. Εἶτα ἕστηκας, ἔφην, ἐπὶ τηλικούτοις ἀγαθοῖς, καὶ μέχρι τῶν ὤτων μόνον εὐφραίνεις, ἀλλ᾽ οὐ δεικνύεις καὶ τοῖς ὄμμασι τἀγαθά; Μὴ σύ γε, εἶπεν ὁ Σάτυρος· ἀλλ᾽ ἔν σοι κατάσχε· μὴ πάντας ἀπολέσεις, ἕως περὶ τούτων ἀσφαλέστερον βουλευσόμεθα. γυναῖκα ὁρᾷς πρώτην

bitrare. Vale, harumque tibi nuptiarum felicitatem diuturnam habe. Ipsa tibi haec virgo adhuc scribo.

XIX. Haec cum legerem, varias in partes animo distrahebar: amore incendebar, expallescebam, mirabar interdum, interdum fidem literis nullam habebam: ita metu gaudioque conflictabar. Tandem Satyro inquam: Mihine hanc ab inferis epistolam reddis? aut quid sibi haec volunt? revixitne iterum Leucippe? Maxime, inquit Satyrus: atque illa est, quam in agro ruri vidisti, sed eam sola adeo capillorum commutavit abscissio, vix ut a quoquam dignosci queat. Quid tu igitur tot mihi bonorum, inquam ego, auctor meas tantum nunc aures oblectas, neque ob oculos felicitatem meam ponis? Tace sis, inquit Satyrus, remque dissimula, ne prius nos omnes perdas, quam de tota re securius aliquod a nobis consilium ineatur. Mulierem hanc vides civitatis huius primariam,

Ἐφεσίων μαινομένην ἐπί σοι· ἡμᾶς δὲ ἐρήμους ἐν μέσοις ἄρκυσιν. Ἀλλ' οὐ δύναμαι, ἔφην. ἐπέρχεται γὰρ διὰ πασῶν τῶν τοῦ σώματος ὁδῶν ἡ χαρά. ἀλλ' ἰδού μοι διὰ γραμμάτων ἐγκαλεῖ. Καὶ ἅμα αὖθις ἐντυγχάνων τοῖς γράμμασιν, ὡς ἐκείνην δι' αὐτῶν βλέπων καὶ ἀναγινώσκων καθ' ἓν, ἔλεγον· Δίκαια ἐγκαλεῖς, Φιλτάτη. πάντα δι' ἐμὲ ἔπαθες, πολλῶν σοι γέγονα κακῶν αἴτιος. Ὡς δὲ εἰς τὰς μάστιγας καὶ εἰς τὰς βασάνους ἐγενόμην, ἃς ὁ Σωσθένης αὐτῇ παρετρίψατο, ἔκλαιον ὥσπερ αὐτὰς τὰς βασάνους βλέπων αὐτῆς. ὁ γὰρ λογισμὸς πέμπων τῆς ψυχῆς τὰ ὄμματα πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῶν γραμμάτων, ἐδείκνυε τὰ ὁρώμενα ὡς δρώμενα. πάνυ δὲ ἠρυθρίων ἐφ' οἷς μοι τὸν γάμον ὠνείδιζεν, ὥσπερ ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχὸς κατειλημμένος· οὕτως ᾐσχυνόμην καὶ τὰ γράμματα.

tuique amore insanientem: nos autem media intra retia omni ope destitutos versari. Nequeo, inquam ego: totum enim per venas voluptas in corpus diffunditur. Quid, quod etiam mecum per literas expostulat? Lectaque iterum epistola, hunc fere in modum absenti illi, quasi adesset, singulatim respondi: Iusta loqueris, iucundissima Leucippe: verum tu quidem causa mea, quae scribis, omnia pertulisti: vere ipse tibi malorum omnium auctor fui. Cumque ad eam literarum partem venissem, quae contumelias & verbera a Sosthene inflicta continebat, ita collacrimavi, ut si eis interfuissem. Cogitatio enim mentis aciem ad ea, quae literis significantur, convertens, quae leguntur, animo repraesentat, non aliter, quam si res oculis essent subiectae. Illa vero, quibus mihi nuptias obiiciebat, rubore me perfuderunt ita, ut si manifesto in adulterio deprehensus fuissem: adeo me literarum etiam ipsarum verecundia commoverat.

κ'. Οἴμοι, πῶς ἀπολογήσομαι, Σάτυρε; ἔφην· ἑαλώκαμεν· Λευκίππη κατέγνωκεν ἡμῶν· τάχα δὲ καὶ μεμισήμεθα. ἀλλὰ πῶς ἐσώθη, φράσον σύ· καί τινος σῶμα ἐθάψαμεν; Αὐτή σοι κατὰ καιρὸν φράσει. τὸ δὲ νῦν, ὁ Σάτυρος ἔφη, ἀντιγράψαί σε δεῖ, καὶ ἱλάσασθαι τὴν κόρην. κἀγὼ γὰρ αὐτῇ διωμοσάμην, ὡς ἄκων αὐτὴν ἔγημας. Εἶπας γὰρ, ἔφην, ὅτι καὶ ἔγημα; ἀπολώλεκάς με· τῆς εὐηθείας·[1] ὅλη γὰρ ἡ πόλις οὐκ οἶδε τὸν γάμον. ἀλλ' οὐκ ἔγημα, μὰ τὸν Ἡρακλέα, Σάτυρε, καὶ τὴν παροῦσαν τύχην. Παί-

XX. Ac tum ad Satyrum converſus: Hei mihi, qua excuſatione, inquam, Satyre, utar? Manifeſto nunc quidem certe tenemur. Leucippe nos cognovit: atque utinam ne odio etiam perſequi coeperit. Sed iam quomodo incolumis evaſerit, aut cuius eſſet cadaver illud, quod a nobis ſepultura affectum fuit, pervelim ſcire. Tum Satyrus: Puella rem tibi omnem, inquit, per ocium explicabit. Nunc te reſcribere, illamque placare opus eſt. Ego enim hanc te, contra, quam tibi in animo erat, duxiſſe iureiurando affirmavi. Etiamne igitur, inquam, me illam duxiſſe narraſti? Tu quidem perdidiſti me. O ſtultitiam! nuptiarum enim civitas univerſa adhuc ignara eſt. Quin immo Deum Herculem, meamque praeſentem fortunam teſtor, nullas mihi dum factas eſſe nuptias. Tum Satyrus: Ludis

1 Ἀπολώλεκάς με· τῆς εὐηθείας) Haec verba, una cum antecedentibus ὅτι καὶ ἔγημα, & ſubſequentibus ὅλη γὰρ, in editione prima deſiderantur. Habuit tamen vetus interpres Latinus. Aliter tamen mihi quidem videtur legiſſe, nimirum ἀπολώλεκάς με τῆς εὐηθείας. Vertit enim: *recta* (εὐηθείας) *tu quidem perdidiſti me*. Sed τῆς εὐηθείας eſt exclamatio elliptica, optime decens animum Clitophontis perturbatum, omiſſa particula exclamandi ὦ vel οἴμοι, & ἕνεκα vel χρῆμα, unde pendeat genitivus. Sic apud Ariſtophanem Eccleſ. v. 782: Τῆς μωρίας, *quaenam haec eſt ſtultitia!* Interpretandus igitur hic Tatii locus: *Tu quidem perdidiſti me. Hem ſapientiam!* ironice; vel *o ſtultitiam!* Εὐήθεια enim utrumque notat.

ζεις, ὦ γαθὲ συγκαθεύδεις. Οἶδα μὲν, ἄπιστα λέγων, ἀλλ᾽ οὔπω πέπρακται. καθαρὸς εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν Μελίττης Κλειτοφῶν. Ἀλλὰ τί γράφω, λέγε· σφόδρα γάρ με ἐξέπληξε τὸ συμβὰν, ὥστε ἀπόρως ἔχω. Οὐκ εἰμί σου σοφώτερος, Σάτυρος εἶπεν. ἀλλὰ καὶ αὐτός σοι ὁ ἔρως ὑπαγορεύσει. μόνον διὰ ταχέων. Ἄρχομαι δὴ γράφειν.

Χαῖρέ μοι, ὦ δέσποινα Λευκίππη. Δυστυχῶ μὲν, ἐν οἷς εὐτυχῶ, ὅτι σὲ παρὼν παροῦσαν ὡς ἀποδημοῦσαν ὁρῶ διὰ γραμμάτων. εἰ μὲν οὖν τὴν ἀλήθειαν περιμένεις, μηδὲν προκαταγινώσκουσά μου, μαθήσῃ τὴν σήν με παρθενίαν μεμιμημένον, εἴ τις ἐστὶ καὶ ἐν τοῖς ἀνδράσι παρθενία· εἰ δέ με χωρὶς ἀπολογίας ἤδη μεμίσηκας, ὄμνυμί σοι τοὺς σώσαντάς σε θεοὺς, ὡς ἐν

me, inquit, bone vir, quasi simul cum ea cubare te manifestum non sit. Atqui fide maiora, inquam, loqui me intelligo: sed hactenus tamen ex sententia sua mei nondum Melite potita est. Verum, quid scripturus sim, doce. Hic enim eventus me vehementer commovit, atque adeo, ut, quid agam, prorsus ignorem. Ego te, inquit Satyrus, non sum sapientior. Tu modo initium scribendi fac: amor cetera dictabit. Id autem ut quam primum fiat, etiam atque etiam cura. Tum ego literas conscripsi hoc exemplo.

CLITOPHON LEUCIPPAE S.

Hera mea, Leucippe, salve. Me quidem una eadem res beatum ac miserum efficit: praesens enim praesentem te, sed tamen ex literis quasi absentem cerno. Ceterum si rebus iis omissis, omnium veritatem inspicere volueris, nullo interim de me facto praeiudicio, virginitatem profecto meam, si qua virorum est virginitas, exemplum tuae secutam esse intelliges. Sin autem indicta me causa odisse iam coepisti; polliceor, ita me Dii tui ser-

βραχεῖ σοι τὸ ἔργον ἀπολογήσομαι. Ἔῤῥωσό, μοι Φιλτάτη, καὶ ἵλεως γένοιο.

κά. Δίδωμι δὴ τῷ Σατύρῳ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ δέομαι τὰ εἰκότα εἰπεῖν περὶ ἐμοῦ πρὸς αὐτήν. ἐγὼ δὲ αὖθις ἐπὶ τὸ συμπόσιον ἀπῄειν, ἡδονῆς ἅμα καὶ λύπης γεγεμισμένος. ᾔδειν γὰρ τὴν Μελίττην ὡς οὐκ ἀνήσουσάν με τῆς νυκτὸς τὸ μὴ συγγενέσθαι τοὺς γάμους ἡμῖν. ἐμοὶ δὲ ἀδύνατον ἦν Λευκίππην ἀπολαβόντι γυναῖκα ἑτέραν κἂν ἰδεῖν. τὸ μὲν οὖν πρόσωπον ἐβιαζόμην, μηδὲν ἀλλοῖον παρέχειν ἢ πρὶν ἦν· οὐ πάντῃ δὲ κρατεῖν ἠδυνάμην. ὡς δὲ ἐνικώμην, σκήπτομαι φρίκην μοι ὑποδραμεῖν. ἡ δὲ συνῆκε μὲν ὅτι κατὰ τῆς ὑποσχέσεως προοιμιάζομαι· ἐλέγχειν δὲ οὐκ ἠδύνατο τὸ προοίμιον. ἐγὼ μὲν δὴ ἄδειπνος ἀνίσταμαι κοιμησόμενος. ἡ δὲ κατὰ πόδας, ὡς εἶχεν, ἐφ᾽ ἡμιτελεῖ τῷ δείπνῳ

vatores ament, futurum, ut iamiam me nulla in culpa esse, haud dubie cognoscas. Vale, teque mihi ut propitiam esse intelligam, cura.

XXI. Conscriptas literas Satyro perferendas trado: atque ut ne quidquam contra, ac deceat, de me loquatur, obtestor. Voluptatis deinde ac moeroris plenus coenatum revertor. Veniebat enim mihi in mentem, non permissuram Meliten, ut ea nocte abirem, propterea quod nuptiae inter nos haud dum perfectae fuerant. Neque tum fieri poterat, ut ipse, Leucippe adinventa, mulierem aliam vel intuerer. Quamobrem vultum ita componere conatus sum, ut ne animo commutato esse iudicarer. Verum cum id a me frustra tentaretur, ingressus, frigore cohorrere me simulavi. Melite tametsi intelligeret, a me causam quaeri, quamobrem promissa non facerem; convincere me tamen palam nequibat. Incoenatus itaque, ut cubitum irem, surrexi: mulierque iisdem vestigiis, media in coena mensa

συνανίσταται. ὡς δὲ εἰς τὸν θάλαμον παρήλθομεν, ἐγὼ μὲν ἔτι μᾶλλον ὑπέτεινον τῆς νόσου τὴν ὑπόκρισιν· ἡ δὲ ἐλιπάρει, καὶ ἔλεγεν· Τί ταῦτα ποιεῖς; μέχρι τίνος με ἀπολλύεις; ἰδοὺ καὶ τὴν θάλατταν διεπλεύσαμεν· ἰδοὺ καὶ Ἔφεσος ἡ προθεσμία τῶν γάμων· ποίαν ἔτι περιμένομεν; μέχρι τίνος ὡς ἐν ἱερῷ συγκαθεύδομεν; ποταμὸν παρατίθης πολὺν, καὶ κωλύεις πίνειν. τοσοῦτον χρόνον ὕδωρ ἔχουσα διψῶ, ἐν αὐτῇ καθεύδουσα τῇ πηγῇ. τοιαύτην ἔχω τὴν εὐνὴν, οἵαν ὁ Τάνταλος τὴν τροφήν. Τοιαῦτα ἔλεγεν καὶ ἔκλαιεν, ἐπιθεῖσά μου τοῖς στέρνοις τὴν κεφαλὴν, οὕτως ἐλεεινῶς, ὥστε συμπαθεῖν μέ τι τὴν ψυχήν. οὐκ εἶχον δὲ ὅς τις γένωμαι. καὶ γὰρ ἐδόκει δίκαια ἐγκαλεῖν. λέγω οὖν πρὸς αὐτήν· Ὄμνυμί σοι, φιλτάτη, τοὺς πατρῴους θεοὺς, ἦ μὲν σφόδρα καὶ αὐτὸς ἐπείγομαί σου τὴν

relicta, me consecuta est. Simulac vero cubiculum ingressi essemus, morbum etiam invaluisse prae me ferebam. Illa me obtestans: Quam, inquit, ob causam id agis? quem spernendi finem facturus es? Nos quidem certe maritimis e fluctibus evasimus, atque Ephesum, qui nuptiis constitutus est locus, pervenimus. Ecquem adhuc diem exspectamus? Quamdiu eorum, qui aliquo in sacrario cubant, morem imitabimur? Largam tu quidem aquae mihi copiam offers, verum hauriendam vetas. Tantone tempore aquam habens, & propter ipsum fontem dormiens, sitim explere non possim? Nae ego Tantali mensae haud dissimilem torum sortita sum. Quae cum dixisset, flens meum in pectus miserandum in modum caput demisit, atque adeo, ut ipse quoque vehementer conturbatus, quid facerem, nescirem, quoniam iuste conqueri mihi videbatur. Attamen ita respondi: Patrios equidem Deos testor, o carissima Melite, me id enixe agere, tuae ut morem

σπουδὴν ἀμείψασθαι. ἀλλ᾽ οὐκ οἶδα, ἔφην, τί πέπονθα. νόσος γάρ μοι ἐξαίφνης ἐνέπεσεν. οἶσθα δ᾽ ὅτι ὑγείας χωρὶς οὐδέν ἐστιν Ἀφροδίτη. Καὶ ἅμα λέγων ἀπέψων αὐτῆς τὰ δάκρυα, καὶ ὅρκοις ἑτέροις ἐπιστούμην, ὡς οὐκ εἰς μακρὰν, ὧν θέλει, τεύξεται. τότε μὲν οὖν καὶ μάλα μόλις ἠνέσχετο.

κβ΄. Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ καλέσασα τὰς θεραπαινίδας, αἷς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς Λευκίππης ἐνεχείρισεν, ἐπηρώτα μὲν τὸ πρῶτον, εἰ δεξιῶς αὐτῇ κέχρηνται. Φασκουσῶν δὲ μηδὲν τῶν δεόντων παραλιπεῖν αὐτῇ, ἄγειν ἐκέλευσε τὴν ἄνθρωπον πρὸς αὐτήν. ὡς δὲ ἦλθεν· Τὰ μὲν ἐμὰ ὅπως ἔσχεν, ἔφη, πρὸς σὲ φιλανθρωπίας, περισσὸν εἰδυίῃ σοι λέγειν, δίκαια τυγχάνειν [1].

geram voluntati: ſed quid me male habeat, neſcio. Repente enim in morbum incidi. Scis autem tu, incommoda valetudine operam Veneri fruſtra dari. Atque inter loquendum manantes lacrimis oculos eius deterſi, graviſſimumque iusiurandum iuravi, non multo poſt, quae voluiſſet, me facturum eſſe. Hoc pacto incenſum mulieris animum, quamquam non ſine multo labore, placavi.

XXII. Poſtera die Melite, arceſſitis iis, quibus Leucippen commendaverat, ancillis, eiuſne opera recte uterentur, interrogavit: a quibus cum reſponſum accepiſſet, ab ea nihil eorum, quae oporteret, praetermiſſum fuiſſe, illam ad ſe duci iuſſit. Quae poſteaquam adfuit: Quanta erga te, inquit, humanitate uſa ſim, tibi commemorare, ſcienti praeſertim, ſupervacaneum puto. Tantum a te

1 Περισσὸν εἰδυίῃ σοι λέγειν, δίκαια τυγχάνειν) Haec verba, δίκαια τυγχάνειν, ſenſum turbant ac ſyntaxin. Nec habent, quo referantur, nec ſcio, quid velint. Sine his mens auctoris integra eſt. Sed nec Graeca ſatis ſunt. Δικαίων τυγχάνειν is dicitur, qui ius ſuum obtinet. At ne hoc quidem hic locum haberet. Quod amplius eſt, interpres ea non agnoſcit. In Anglicano notata ſunt linea ſubiecta; quo indicio, abeſſe debere, aut in aliis Co-

ἀλλ' ἐν οἷς ἂν δύνῃ, τὴν ἴσην ἀπότισαί μοι χάριν. ἀκούω τὰς Θετταλὰς ὑμᾶς, ὧν ἂν ἐρασθῆτε, μαγεύειν οὕτως, ὥστε μὴ πρὸς ἑτέραν ἔτι τὸν ἄνθρωπον ἀποκλίνειν γυναῖκα, πρός γε τὴν μαγεύουσαν οὕτως ἔχειν, ὡς πάντα νομίζειν ἐκείνην αὐτῷ. ἐμοὶ τοῦτο, ὦ φιλτάτη, φλεγομένῃ παράσχε φάρμακον. τὸν νεανίσκον οἶδας, τὸν ἅμα μοι χθὲς βαδίζοντα; Τὸν ἄνδρα, ἔφη, λέγεις τὸν σόν; ὑπολαβοῦσα πάνυ κακοήθως ἡ Λευκίππη. τοῦτο γὰρ ἀκήκοα παρὰ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν. Ποῖον ἄνδρα; Μελίττη εἶπεν· οὐδὲν κοινόν ἐστιν ἢ τοῖς λίθοις. ἀλλ' ἐμὲ παρευδοκιμεῖ τις νεκρά. οὔτε γὰρ ἐσθίων, οὔτε κοιμώμενος ἐπιλαθέσθαι δύναται τοῦ Λευκίππης ὀνόματος. οὕτω γὰρ αὐτὴν καλεῖ. ἐγὼ δὲ,

peto, ut iis in rebus, quas in tua poteſtate ſitas eſſe non ignoro, parem mihi gratiam referas. Audio, Theſſalas veſtras, quos ament, ita cantionibus veneficiiſque percellere, ut ad aliam mulierem nullo animum pacto adiicere queant: quin immo ſui deſiderio ita inflammare, ut illas omnia ſibi eſſe arbitrentur. Hac in re mihi, amore flagranti, a te, ſiquidem Theſſala es, opem ferri velim. Noſtine adoleſcentem, quem heri mecum gradientem vidiſti? Maritum ais tuum? inquit tum callida Leucippe. Sic enim de familiari quodam didici. Quem maritum? inquit Melite: mihi quidem certe nihil amplius cum illo rei eſt, quam cum lapide aliquo: ſed mihi Leucippe quaedam mortua praeponitur; hoc enim nomine illam vocat, cuius neque edens, neque bibens, neque vero etiam dormiens oblivisci poteſt: ſed neque huius unquam fecit, quod ego

dicibus deeſſe, ſignificavit, qui eam lineam duxit, ut in aliis ſolitus. Me auctore igitur delenda. *Salmaſ.* Ed. pr. εἰ δέῃ. *Boden.*

Forte hic ſenſus: *iuſta tamen, quae tu a me conſequaris;* ſuppleto εἰ poſt τυγχάνειν.

φίλη, μηνῶν τεσσάρων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δι᾽ αὐτὸν διέτριψα, δεομένη, λιπαροῦσα. τί γὰρ οὐ λέγουσα; τί δὲ οὐ ποιοῦσα τῶν ἀρέσαι δυναμένων; ὁ δὲ σίδηρός τις, ἢ ξύλον, ἤ τι τῶν ἀναισθήτων ἦν ἄρα πρὸς τὰς δεήσεις τὰς ἐμὰς, μόλις δὲ τῷ χρόνῳ πείθεται, ἐπείσθη δὲ μέχρι τῶν ὀμμάτων. ὄμνυμι δή σοι τὴν Ἀφροδίτην αὐτὴν, ὡς ἤδη πέμπτην ἡμέραν αὐτῷ συγκαθεύδουσα, οὕτως ἀνέστην ὡς ἀπὸ εὐνούχου. ἔοικα δὲ εἰκόνος ἐρᾶν· μέχρι γὰρ τῶν ὀμμάτων ἔχω τὸν ἐρωμένον. δέομαι δέ σου γυναικὸς γυνὴ τὴν αὐτὴν δέησιν, ἣν καὶ σύ μοι χθὲς ἐδεήθης· [1] δός μοί τι ἐπὶ τοῦτον τὸν ὑπερήφανον. σώσεις γάρ μου τὴν ψυχὴν διαῤῥεύσασαν ἤδη. Ὡς οὖν ἤκουσεν ἡ Λευκίππη, ἥσθηναι μὲν ἐδόκει τῷ μηδὲν πρὸς τὴν ἄνθρωπόν μοι πεπρᾶχθαι· φήσασα δὲ ἀνερευνήσειν, εἰ συγχωρήσειεν αὐτῇ, βοτάνας, γενομένη κατὰ τοὺς

Alexandriae illius cauſa menſes IV morata ſum, rogans, obteſtans, pollicens, nihil praeterea rerum, quibus allici poſſet, praetermittens; ſed tanquam ferrum, ſtipeſve, aut huiuſmodi quiddam aliud ſenſu carens, preces meas non curat; vixque tempori paret, id unum prope concedens, ut videndo tantum ſe fruar. Teſtor autem Venerem ipſam, noctes me quinque cum eo cubuiſſe, ſurrexiſſeque non aliter, quam ſi cum eunucho aliquo iacuiſſem: ut ſtatuam diligere me videar, cui non, niſi oculis, amato frui datum ſit. Itaque, quod tu heri mecum egiſti, te mulierem mulier rogo, ut aliquid mihi contra ſuperbum iſtum auxilii feras: quo iam paene fugientem mihi animum reddas. His cognitis, Leucippe incredibilem voluptatem cepit, quod Meliten a me ſpe ſua fruſtraram cognoviſſet; herbaſque ſe conquiſituram, dum modo quaerendi ſibi

1 Σύ μοι χθὲς ἐδεήθης) Locus depravatus. Editio prima: σοὶ μοι (ſic) χθὲς ἐδεήθης. Legendum opinor: ἣν καὶ σύ μου χθὲς ἐδεήθης.

ἀγροὺς, ἀπιοῦσα ᾤχετο. ἀρνουμένη γὰρ οὐκ ᾤετο πίστιν ἕξειν. ὅθεν οἶμαι καὶ ἐπηγγείλατο. Ἡ μὲν δὴ Μελίττη ῥᾷων ἐγεγόνει, μόνον ἐλπίσασα. τὰ γὰρ ἡδέα τῶν πραγμάτων, κἂν μή πω παρῇ, τέρπει ταῖς ἐλπίσιν.

κγ΄. Ἐγὼ δὲ τούτων ἐπιστάμενος οὐδὲν, ἠθύμουν μὲν, σκοπῶν, πῶς ἂν διακρουσαίμην καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα τὴν γυναῖκα, καὶ πῶς ἂν συντυχεῖν Λευκίππῃ δυναίμην. Ἐδόκει μοι δὲ [1] κἀκείνῃ τὴν ἴσην σπουδὴν ποιεῖσθαι τοῦ ἀπελθεῖν δι' αὐτὴν εἰς τοὺς ἀγροὺς, καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν αὖθις ἥκειν. Ἔμελλεν τῇ Λευκίππῃ παρέχειν ὄχημα, καὶ ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸν τόπον ἦμεν· [2] ἄρτι δὲ κατακλιθέντων ἡμῶν θόρυβος

poteſtas fieret, inquiens, rus profecta eſt. Negare autem noluiſſe crediderim, quod fidem ſibi a Melite habitum non iri exiſtimaret. Hac ſpe ſibi oſtentata, Melite animi curam remiſit. Iucundarum enim rerum exſpectatio, nedum praeſentia, voluptatem affert.

XXIII. At vero ego horum omnium ignarus animi pendebam: cogitabamque, qua ratione futura etiam nocte Meliten fruſtrari, ac Leucippen convenire poſſem: nec enim mihi aliam ob cauſam elaborare videbatur, ut rus ſe conferret, veſperique reverteretur. Interea dum in Leucippes abitum currus adornaretur, vixque coenaturi ipſi accubuiſſemus, tumultus ingens concurſuſque repentinus

1 Ἐδόκει μοι δὲ &c.) Locus vexatiſſimus, in quo expediendo fruſtra laboravit Salmaſius legendo: ἐδόκει μηδὲ κἀκείνη — αὖθις ἥκειν ἔμελλε, καὶ ἡ Μελίττη Λευκίππῃ παρέξειν ὄχημα. Aliam rationem iniit Abreſch. Lectt. Ariſtaen. p. 253, ſcribendo: ἐδόκει μοι κἀκείνη (Leucippe) — αὖθις ἥκειν ἔμελλε, καὶ αὐτῇ Μελίττη παρέχειν ὄχημα. Senſus videtur eſſe hic: *Et ipſa* (Leucippe) *id ſedulo agere videbatur, ut, itinere confecto, veſperi reverteretur*, nimirum ut mecum colloqui poſſet. Reliqua ἔμελλεν — ὄχημα nexu omni deſtituta ſunt.

2 Ἐπὶ τὸν τόπον ἦμεν) Ἐπὶ τὸν πότον ἦμεν e coniectura dedit Salmaſius, ut πότος omnino *convivium, prandium* denotet.

πολὺς κατὰ τὸν ἀνδρῶνα ἀκούεται καὶ συνδρομὴ, καὶ εἰστρέχει τις τῶν θεραπόντων, ἀσθμαίνων ἅμα καὶ λέγων· Θέρσανδρος ζῇ καὶ πάρεστιν. Ἦν δὲ Θέρσανδρος οὗτος ὁ τῆς Μελίττης ἀνὴρ, ὃν ἐνόμιζεν τεθνηκέναι κατὰ θάλασσαν. τῶν γὰρ συνόντων αὐτῷ τινες οἰκετῶν, ὡς περιετράπη τὸ σκάφος σωθέντες καὶ νομίσαντες ἀπολωλέναι, τοῦτο ἀπαγγείλαντες ἔτυχον. ἅμα οὖν ὁ οἰκέτης εἶπεν, καὶ ὁ Θέρσανδρος κατὰ πόδων εἰστρέχει. πάντα γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ πυθόμενος κατὰ τὴν ὁδὸν, ἔσπευσε φθάσας καταλαβεῖν με. ἡ μὲν δὴ Μελίττη ἀνέθορεν ὑπ' ἐκπλήξεως τοῦ παραλόγου, καὶ περιβάλλειν ἐπεχείρει τὸν ἄνδρα. ὁ δὲ τὴν μὲν ὡς εἶχεν ὤθει μάλα ἐῤῥωμένως· ἐμὲ δὲ ἰδὼν καὶ εἰπών· Ὁ μοῖχος οὗτος; ἐμπηδᾷ, καὶ ῥαπίζει με κατὰ κόῤῥης πληγὴν θυμοῦ γέμουσαν. ἑλκύσας δὲ τῶν τριχῶν, ἀράσσει πρὸς τοὔδαφος, καὶ προσπίπτων κατακόπτει

iuxta aedium partem illam, in qua viri degebant, exauditus eſt: e veſtigioque ſervorum unus, prae curſus feſtinatione ſpiritum aegre ducens, introivit, Therſandrumque vivere atque adeſſe nuntiavit. Erat is Melites coniux, quem naufragio periiſſe putabant. Atque haec a nonnullis illius domeſticis, qui cum eo navigaverant, fracta navi ſemotis, eumque diem obiiſſe arbitrantibus, fama dimanaverat. Vix autem ſervus ea locutus fuerat, cum Therſander illum ſubſecutus, coenaculum ſubito intravit: accelerabat enim, ut me, de quo ſub ipſum ſtatim adventum ſuum omnia cognoverat, deprehenderet. Melite, quamquam repentino caſu turbata eſt, maritum tamen amplecti voluit; ſed eam ille magna vi repulit, in meque oculos convertens: Hiccine, inquit, adulter eſt? Protinuſque facto in me impetu, iracundia exardens, plagam maxillae intulit: mox capillis abreptum atque ad terram

με πληγαῖς. ἐγὼ δὲ ὥσπερ ἐν μυστηρίῳ μηδὲν, μήθ' ὅς τις ὁ ἄνθρωπος ἦν, μήθ' οὗ χάριν ἔτυπτεν, ὑποπτεύσας δή τι κακὸν εἶναι, ἐδεδοίκειν ἀμύνασθαι, καί τοι δυνάμενος. ἐπεὶ δὲ ἔκαμεν, ὁ μὲν τύπτων, ἐγὼ δὲ φιλοσοφῶν, λέγω πρὸς αὐτὸν ἀναστάς· Τίς εἶ ποτε, ὦ ἄνθρωπε; καὶ τί με οὕτως ᾐκίσω; Ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ὀργισθεὶς ὅτι καὶ φωνὴν ἀφῆκα, ῥαπίζει πάλιν, καὶ καλεῖ δεσμὰ καὶ πέδας. δεσμεύουσιν οὖν με καὶ ἄγουσιν εἴς τι δωμάτιον.

κδ΄. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, λανθάνει μου διαῤῥυεῖσα ἡ τῆς Λευκίππης ἐπιστολή· ἔτυχον γὰρ αὐτὴν εἴσω τοῦ χιτωνίσκου προσδεδεμένην ἐκ τῶν τῆς ὀθόνης θυσάνων ἔχων. καὶ ἡ Μελίττη ἀναιρεῖται λαβοῦσα· ἐδεδίει γὰρ μή τινα τῶν πρός με αὐτῆς γραμμάτων ἦν. ὡς δὲ ἀνέγνω καθ' ἑαυτὴν γενομένη, καὶ τὸ τῆς Λευ-

proiectum totum verberibus confecit. Ego, quasi seclusis sacris interessem, non modo quis esset, aut quamobrem me caederet, non rogavi, sed ne verbum quidem proferre ausus sum. Verum id, quod res erat, mecum reputans, etsi maxime contra niti poteram, tamen id facere veritus fui. Tandem cum ille verberando, ego ratiocinando fessi essemus, surgens, Quis tu, inquam, es? cur me tam contumeliose caedis? At ille, propterea quod vocem misissem, iratior multo factus, manus iterum mihi iniecit, vinculaque & compedes poposcit: quibus constrictum me in cubiculum quoddam coniecit.

XXIV. Interea factum est, ut Leucippes epistola, quam forte tunicae adalligatam habebam cirris interulae, imprudenti mihi exciderit, eamque Melite clam susceperit, verita, ne qua ex suis esset ad me literis: sed non multo post, cum sola esset, tota de re, Leucippes nomine in-

κίππης εὗρεν ὄνομα, βάλλεται [1] μὲν τὴν καρδίαν, εὐθέως γνωρίσασα τοὔνομα· οὐ μὲν αὐτὴν ἐνόμιζεν εἶναι, τῷ πολλάκις αὐτὴν ἀκοῦσαι τετελευτηκέναι. ὡς δὲ προϊοῦσα, καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν γεγραμμένων ἐνέτυχεν, πᾶσαν μαθοῦσα τὴν ἀλήθειαν, ἐμεμέριστο πολλοῖς ἅμα τὴν ψυχὴν, αἰδοῖ, καὶ ὀργῇ, καὶ ἔρωτι, καὶ ζηλοτυπίᾳ. ᾐσχύνετο τὸν ἄνδρα, ὠργίζετο τοῖς γράμμασιν. ὁ ἔρως ἐμάραινε τὴν ὀργὴν, ἐξῆπτε τὸν ἔρωτα ἡ ζηλοτυπία, καὶ τέλος ἐκράτησεν ὁ ἔρως.

κέ. Ἦν δὲ πρὸς ἑσπέραν, καὶ ἔτυχεν ὁ Θέρσανδρος ἐκ τῆς πρώτης ὀργῆς πρὸς ἑταῖρόν τινα τῶν ἐγχωρίων ἐκθορῶν. ἡ δὲ διαλεχθεῖσα τῷ τὴν Φυλακὴν τὴν ἐμὴν πεπιστευμένῳ, εἰσέρχεται πρός με λαθοῦσα τοὺς ἄλλους θεράποντας, δύο τοῦ δωματίου προκαθίσασα, καὶ καταλαμβάνει χαμαὶ καταβεβλημένον. Παρα-

vento, certior facta, prorsus exanimata est: non tamen eam esse credidit, quam ruri compereramus; propterea quod sublatam e vivis fuisse non semel audiverat. Tandem vero tota epistola perlecta, veritateque iam clarius cognita, cum verecundia atque obtrectatione oppressa, varias in partes distrahi coepit. Nam & maritum verebatur, & literis non poterat non irasci: sed irae alioqui opponebatur amor, qui, obtrectatione auxilium sibi afferente, victor tandem evasit.

XXV. Quamobrem cum advesperasset, ac primo illo ab impetu ad familiarem quendam suum Thersander se contulisset; Melite hominem, cui mei custodia credita fuerat, allocuta, ad me, clam aliis servis, e quorum numero duos ante cubiculi fores collocaverat, ingressa est: quem humi proiectum cum offendisset, propius accedens,

1 Βάλλεται) Forte: πάλλεται, quod poëtis inprimis frequentatur hac de re; e. g. Aesch. Suppl. 792.

ξεις, ὦ γαθέ· συγκαθεύδεις. Οἶδα μὲν, ἄπιστα λέγων, ἀλλ᾽ οὔπω πέπρακται. καθαρὸς εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν Μελίττης Κλειτοφῶν. Ἀλλὰ τί γράφω, λέγε· σφόδρα γάρ με ἐξέπληξε τὸ συμβὰν, ὥστε ἀπόρως ἔχω. Οὐκ εἰμί σου σοφώτερος, Σάτυρος εἶπεν. ἀλλὰ καὶ αὐτός σοι ὁ ἔρως ὑπαγορεύσει. μόνον διὰ ταχέων. Ἄρχομαι δὴ γράφειν.

Χαῖρέ μοι, ὦ δέσποινα Λευκίππη. Δυστυχῶ μὲν, ἐν οἷς εὐτυχῶ, ὅτι σὲ παρὼν παροῦσαν ὡς ἀποδημοῦσαν ὁρῶ διὰ γραμμάτων. εἰ μὲν οὖν τὴν ἀλήθειαν περιμένεις, μηδὲν προκαταγινώσκουσά μου, μαθήσῃ τὴν σὴν με παρθενίαν μεμιμημένον, εἴ τις ἐστὶ καὶ ἐν τοῖς ἀνδράσι παρθενία· εἰ δέ με χωρὶς ἀπολογίας ἤδη μεμίσηκας, ὄμνυμί σοι τοὺς σώσαντάς σε θεοὺς, ὡς ἐν

me, inquit, bone vir, quasi simul cum ea cubare te manifestum non sit. Atqui fide maiora, inquam, loqui me intelligo: sed hactenus tamen ex sententia sua mei nondum Melite potita est. Verum, quid scripturus sim, doce. Hic enim eventus me vehementer commovit, atque adeo, ut, quid agam, prorsus ignorem. Ego te, inquit Satyrus, non sum sapientior. Tu modo initium scribendi fac: amor cetera dictabit. Id autem ut quam primum fiat, etiam atque etiam cura. Tum ego literas conscripsi hoc exemplo.

CLITOPHON LEUCIPPAE S.

Hera mea, Leucippe, salve. Me quidem una eadem res beatum ac miserum efficit: praesens enim praesentem te, sed tamen ex literis quasi absentem cerno. Ceterum si rebus iis omissis, omnium veritatem inspicere volueris, nullo interim de me facto praeiudicio, virginitatem profecto meam, si qua virorum est virginitas, exemplum tuae secutam esse intelliges. Sin autem indicta me causa odisse iam coepisti; polliceor, ita me Dii tui ser-

βραχεῖ σοι τὸ ἔργον ἀπολογήσομαι. Ἔρρωσό, μοι Φιλτάτη, καὶ ἵλεως γένοιο.

κα΄. Δίδωμι δὴ τῷ Σατύρῳ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ δέομαι τὰ εἰκότα εἰπεῖν περὶ ἐμοῦ πρὸς αὐτήν. ἐγὼ δὲ αὖθις ἐπὶ τὸ συμπόσιον ἀπῄειν, ἡδονῆς ἅμα καὶ λύπης γεγεμισμένος. ᾔδειν γὰρ τὴν Μελίττην ὡς οὐκ ἀνήσουσάν με τῆς νυκτὸς τὸ μὴ συγγενέσθαι τοὺς γάμους ἡμῖν. ἐμοὶ δὲ ἀδύνατον ἦν Λευκίππην ἀπολαβόντι γυναῖκα ἑτέραν κἂν ἰδεῖν. τὸ μὲν οὖν πρόσωπον ἐβιαζόμην, μηδὲν ἀλλοῖον παρέχειν ἢ πρὶν ἦν· οὐ πάντη δὲ κρατεῖν ἠδυνάμην. ὡς δὲ ἐνικώμην, σκήπτομαι φρίκην μοι ὑποδραμεῖν. ἡ δὲ συνῆκε μὲν ὅτι κατὰ τῆς ὑποσχέσεως προοιμιάζομαι· ἐλέγχειν δὲ οὐκ ἠδύνατο τὸ προοίμιον. ἐγὼ μὲν δὴ ἄδειπνος ἀνίσταμαι κοιμησόμενος. ἡ δὲ κατὰ πόδας, ὡς εἶχεν, ἐφ' ἡμιτελεῖ τῷ δείπνῳ

vatores ament, futurum, ut iamiam me nulla in culpa esse, haud dubie cognoscas. Vale, teque mihi ut propitiam esse intelligam, cura.

XXI. Conscriptas literas Satyro perferendas trado: atque ut ne quidquam contra, ac deceat, de me loquatur, obtestor. Voluptatis deinde ac moeroris plenus coenatum revertor. Veniebat enim mihi in mentem, non permissuram Meliten, ut ea nocte abirem, propterea quod nuptiae inter nos haud dum perfectae fuerant. Neque tum fieri poterat, ut ipse, Leucippe adinventa, mulierem aliam vel intuerer. Quamobrem vultum ita componere conatus sum, ut ne animo commutato esse iudicarer. Verum cum id a me frustra tentaretur, ingressus, frigore cohorrere me simulavi. Melite tametsi intelligeret, a me causam quaeri, quamobrem promissa non facerem; convincere me tamen palam nequibat. Incoenatus itaque, ut cubitum irem, surrexi: mulierque iisdem vestigiis, media in coena mensa

συνανίσταται. ὡς δὲ εἰς τὸν θάλαμον παρήλθομεν, ἐγὼ μὲν ἔτι μᾶλλον ὑπέτεινον τῆς νόσου τὴν ὑπόκρισιν· ἡ δὲ ἐλιπάρει, καὶ ἔλεγεν· Τί ταῦτα ποιεῖς; μέχρι τίνος με ἀπολλύεις; ἰδοὺ καὶ τὴν θάλατταν διεπλεύσαμεν· ἰδοὺ καὶ Ἔφεσος ἡ προθεσμία τῶν γάμων· ποίαν ἔτι περιμένομεν; μέχρι τίνος ὡς ἐν ἱερῷ συγκαθεύδομεν; ποταμὸν παρατίθης πολὺν, καὶ κωλύεις πίνειν. τοσοῦτον χρόνον ὕδωρ ἔχουσα διψῶ, ἐν αὐτῇ καθεύδουσα τῇ πηγῇ. τοιαύτην ἔχω τὴν εὐνὴν, οἵαν ὁ Τάνταλος τὴν τροφήν. Τοιαῦτα ἔλεγεν καὶ ἔκλαιεν, ἐπιθεῖσά μου τοῖς στερνοῖς τὴν κεφαλὴν, οὕτως ἐλεεινῶς, ὥστε συμπαθεῖν μέ τι τὴν ψυχήν. οὐκ εἶχον δὲ ὅς τις γένωμαι. καὶ γὰρ ἐδόκει δίκαια ἐγκαλεῖν. λέγω οὖν πρὸς αὐτήν· Ὄμνυμί σοι, φιλτάτη, τοὺς πατρῴους θεοὺς, ἦ μὲν σφόδρα καὶ αὐτὸς ἐπείγομαί σου τὴν

relicta, me consecuta est. Simulac vero cubiculum ingressi essemus, morbum etiam invaluisse prae me ferebam. Illa me obtestans: Quam, inquit, ob causam id agis? quem spernendi finem facturus es? Nos quidem certe maritimis e fluctibus evasimus, atque Ephesum, qui nuptiis constitutus est locus, pervenimus. Ecquem adhuc diem exspectamus? Quamdiu eorum, qui aliquo in sacrario cubant, morem imitabimur? Largam tu quidem aquae mihi copiam offers, verum hauriendam vetas. Tantone tempore aquam habens, & propter ipsum fontem dormiens, sitim explere non possim? Nae ego Tantali mensae haud dissimilem torum sortita sum. Quae cum dixisset, flens meum in pectus miserandum in modum caput demisit, atque adeo, ut ipse quoque vehementer conturbatus, quid facerem, nescirem, quoniam iuste conqueri mihi videbatur. Attamen ita respondi: Patrios equidem Deos testor, o carissima Melite, me id enixe agere, tuae ut morem

σπουδὴν ἀμείψασθαι. ἀλλ᾽ οὐκ οἶδα, ἔφην, τί πέπονθα. νόσος γάρ μοι ἐξαίφνης ἐνέπεσεν. οἶσθα δ᾽ ὅτι ὑγείας χωρὶς οὐδέν ἐστιν Ἀφροδίτη. Καὶ ἅμα λέγων ἀπέψων αὐτῆς τὰ δάκρυα, καὶ ὅρκοις ἑτέροις ἐπιστούμην, ὡς οὐκ εἰς μακρὰν, ὧν θέλει, τεύξεται. τότε μὲν οὖν καὶ μάλα μόλις ἠνέσχετο.

κβ΄. Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ καλέσασα τὰς θεραπαινίδας, αἷς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς Λευκίππης ἐνεχείρισεν, ἐπηρώτα μὲν τὸ πρῶτον, εἰ δεξιῶς αὐτῇ κέχρηνται. Φασκουσῶν δὲ μηδὲν τῶν δεόντων παραλιπεῖν αὐτῇ, ἄγειν ἐκέλευσε τὴν ἄνθρωπον πρὸς αὐτήν. ὡς δὲ ἦλθεν· Τὰ μὲν ἐμὰ ὅπως ἔσχεν, ἔφη, πρὸς σὲ Φιλανθρωπίας, περισσὸν εἰδυίῃ σοι λέγειν, δίκαια τυγχάνειν [1].

geram voluntati: ſed quid me male habeat, neſcio. Repente enim in morbum incidi. Scis autem tu, incommoda valetudine operam Veneri fruſtra dari. Atque inter loquendum manantes lacrimis oculos eius deterſi, graviſſimumque iusiurandum iuravi, non multo poſt, quae voluiſſet, me factVrum eſſe. Hoc pacto incenſum mulieris animum, quamquam non ſine multo labore, placavi.

XXII. Poſtera die Melite, arceſſitis iis, quibus Leucippen commendaverat, ancillis, eiuſne opera recte uterentur, interrogavit: a quibus cum reſponſum accepiſſet, ab ea nihil eorum, quae oporteret, praetermiſſum fuiſſe, illam ad ſe duci iuſſit. Quae poſteaquam adfuit: Quanta erga te, inquit, humanitate uſa ſim, tibi commemorare, ſcienti praeſertim, ſupervacaneum puto. Tantum a te

1 *Περισσὸν εἰδυίῃ σοι λέγειν, δίκαια τυγχάνειν*) Haec verba, *δίκαια τυγχάνειν*, ſenſum turbant ac ſyntaxin. Nec habent, quo referantur, nec ſcio, quid velint. Sine his mens auctoris integra eſt. Sed nec Graeca ſatis ſunt. *Δικαίων τυγχάνειν* is dicitur, qui ius ſuum obtinet. At ne hoc quidem hic locum haberet. Quod amplius eſt, interpres ea non agnoſcit. In Anglicano notata ſunt linea ſubiecta; quo indicio, abeſſe debere, aut in aliis Co-

ἀλλ' ἐν οἷς ἂν δύνῃ, τὴν ἴσην ἀπότισαί μοι χάριν. ἀκούω τὰς Θετταλὰς ὑμᾶς, ὧν ἂν ἐρασθῆτε, μαγεύειν οὕτως, ὥστε μὴ πρὸς ἑτέραν ἔτι τὸν ἄνθρωπον ἀποκλίνειν γυναῖκα, πρός γε τὴν μαγεύουσαν οὕτως ἔχειν, ὡς πάντα νομίζειν ἐκείνην αὐτῷ. ἐμοὶ τοῦτο, ὦ Φιλτάτη, Φλεγομένῃ παράσχε Φάρμακον. τὸν νεανίσκον οἶδας, τὸν ἅμα μοι χθὲς βαδίζοντα; Τὸν ἄνδρα, ἔΦη, λέγεις τὸν σόν; ὑπολαβοῦσα πάνυ κακοήθως ἡ Λευκίππη. τοῦτο γὰρ ἀκήκοα παρὰ τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν. Ποῖον ἄνδρα; Μελίττη εἶπεν· οὐδὲν κοινόν ἐστιν ἢ τοῖς λίθοις. ἀλλ' ἐμὲ παρευδοκιμεῖ τις νεκρά. οὔτε γὰρ ἐσθίων, οὔτε κοιμώμενος ἐπιλαθέσθαι δύναται τοῦ Λευκίππης ὀνόματος. οὕτω γὰρ αὐτὴν καλεῖ. ἐγὼ δὲ,

ποιεῖν. ἔρχεται δὴ σπουδῇ μάλα ὁ Σωσθένης εἰς τοὺς ἀγροὺς, καὶ τὴν καλύβην ἑωρακὼς, ἔνθα ἡ Λευκίππη διανυκτερεύειν ἔμελλεν, δύο τῶν ἐργάτων παραλαβὼν, τοὺς μὲν κελεύει τὰς θεραπαινίδας, αἵ περ ἦσαν ἅμα τῇ Λευκίππῃ παροῦσαι, περιελεῖν δόλῳ, καὶ καλεσαμένους ὅτι πορρωτάτω διατρίβειν ἔχοντας ἐφ᾽ ὁμιλίᾳ· δύο δὲ ἄλλους διάγων, ὡς εἶδεν τὴν Λευκίππην μόνην, εἰσπηδήσας, καὶ τὸ στόμα ἐπισχὼν ἁρπάζει, καὶ κατὰ θάτερα τῆς τῶν θεραπαινίδων ἐκτροπῆς χωρεῖ, φέρων εἴς τι δωμάτιον ἀπόρρητον· καὶ καταθέμενος λέγει πρὸς αὐτήν· Ἥκω σοι φέρων σωρὸν ἀγαθῶν, ἀλλ᾽ ὅπως εὐτυχοῦσα μὴ ἐπιλήσῃ μου. μὴ γὰρ φοβηθῇς ταύτην τὴν ἁρπαγὴν, μηδὲ ἐπὶ κακῷ τῷ σῷ γεγονέναι δόξῃς. αὕτη γὰρ τὸν δεσπότην τὸν ἐμὸν ἐραστὴν σοι προξενεῖ. Ἡ μὲν δὴ τῷ παραλόγῳ τῆς συμφορᾶς ἐκπλαγεῖσα, ἐσιώπησεν. ὁ δὲ ἐπὶ τὸν Θέρσανδρον ἔρχεται, καὶ λέγει τὰ πεπραγμένα. ἔτυχεν δὲ ὁ Θέρ-

Sosthenes quamprimum rus abiit : visoque tugurio, in quo puella erat pernoctatura, duobus arcessitis operariis, ancillas, quae cum illa erant, circumvenire, & quam longissime, quasi colloqui cuperent, demorari iubet. Ipse aliis duobus secum ductis, statim ut solam conspicatus est, impetu facto, manibusque ori eius admotis, mediam comprehendit: seorsumque ab ancillis asportans occultam quandam in domum conclusit, Magnum ad te, inquiens, bonorum cumulum affero. Te autem illud spectare par est, ut ne, posteaquam fueris assecuta, mei obliviscaris. Nec vero raptum hunc extimescas, neve in perniciem tuam factum putes: quoniam quidem hic tui amantem herum meum tecum familiaritate coniunget. Leucippe, insperata calamitate hac perculsa, obmutuit. Sosthenes Thersandrum, qui tum forte domum revertebatur, conveniens,

σανδρος ἐπανιὼν εἰς τὴν οἰκίαν. τοῦ δὲ Σωσθένους αὐτῷ μηνύσαντος τὰ περὶ τῆς Λευκίππης, καὶ κατατραγῳδοῦντος αὐτῆς τὸ κάλλος, μεστὸς γενόμενος ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡσεὶ κάλλους Φαντάσματος, Φύσει παννυχίδος οὔσης [1], καὶ ὄντων μεταξὺ τῶν τεττάρων σταδίων, ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς, ἡγεῖσθαι κελεύσας, ἐπ' αὐτὴν χωρεῖν ἤθελεν.

ε'. Ἐν τούτῳ δὲ ἐγὼ τὴν ἐσθῆτα τῆς Μελίττης εἶχον ἠμφιεσμένος, καὶ ἀπερισκέπτως ἐμπίπτω κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς, καί με ὁ Σωσθένης πρῶτος γνωρίσας· Ἀλλ' ἰδού, Φησιν, οὗτος ὁ μοιχὸς, βακχεύων ἡμῖν ἔπεισι καὶ τῆς γυναικὸς ἔχων λάφυρα. Ὁ μὲν οὖν νεανίσκος ἔτυχε προηγούμενος, καὶ προϊδὼν ἀπο-

quid egiſſet renuntiavit: ac Leucippes formam laudibus in coelum tulit. Quo factum eſt, ut Therſander ex eo ſermone ſummae cuiuſdam pulchritudinis ſpeciem animo concipiens, cum nocturnis ludis finis impoſitus nondum eſſet, ruſque illud ab urbe non amplius 10 paſſus diſtaret, praeire illum iubens, ad puellam profecturus eſſet.

V. Interea Melitae veſtitu ornatus ipſe, imprudenter euntibus illis occurri: meque ſtatim agnito, primus Soſthenes: En, inquit, bacchantem adulterum, & tuae uxoris ornamentis indutum. Ac tunc adoleſcens, qui forte praecedebat, re cognita, nec ullo, prae timore, ad me com-

1 *Φύσει παννυχίδος οὔσης*) Haud ſcio, quid hic velit illud *φύσει*. Ita tamen omnes libri. Anglicanus habet, *ὡς εἰ κάλλους φαντάσματα*. Sed ſupra correctum ex alio Codice, *φαντάσματος*. Locus manifeſte corruptus. Puto ſcribendum ac diſtinguendum: *μεστὸς γενόμενος ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡσεὶ κάλλους φάντασμά τι ἔφυσεν, παννυχίδος οὔσης, καὶ ὄντων μεταξὺ τῶν τεττάρων σταδίων, ἐπὶ τοὺς ἀγροὺς ἡγεῖσθαι κελεύσας. Plenus eorum, quae ibi dixerat* Soſthenes, *& ex his quaſi concepta & formata quadam pulchritudinis imagine, cum pervigilium eſſet, & quatuor ſtadiorum ſpatio rus ab urbe abeſſet, iuſſo praeire* Soſthene, *ad iter ſe accinxit.*

φεύγει, μὴ καιρὸν λαβὼν ὑπὸ δέους κᾀμοὶ προμηνῦσαι. ἐμὲ δὲ ἰδόντες, συλλαμβάνουσι. καὶ ὁ Θέρσανδρος βοᾷ, καὶ πλῆθος τῶν παννυχιζόντων συνέῤῥεεν. ἔτι μᾶλλον οὖν ὁ Θέρσανδρος ἐδεινοπάθει, ῥητὰ μὲν καὶ ἄῤῥητα βοῶν, τὸν μοιχὸν, τὸν λωποδύτην. ἄγει δέ με εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ παραδίδωσιν ἔγκλημα τῆς μοιχείας ἐπιφέρων. ἐμὲ δὲ ἐλύπει τούτων μὲν οὐδὲν, οὔθ' ἡ τῶν δεσμῶν ὕβρις, οὔθ' ἡ τῶν λόγων αἰτία [1]. καὶ γὰρ ἐθάῤῥουν τῷ λόγῳ περιέσεσθαι μὴ μοιχὸς εἶναι, γῆμαι δὲ ἐμφανῶς. Δέος δέ με περὶ τῆς Λευκίππης εἶχεν οὔπω σαφῶς αὐτὴν ἀπολαβόντα. ψυχαὶ δὲ πεφύκασι μάντεις τῶν κακῶν, ἐπεὶ τῶν τε ἀγαθῶν ἥκιστα ἐκ μαντείας εὐτυχοῦμεν. οὐδὲν οὖν ὑγιὲς ἐνενόουν περὶ τῆς Λευκίππης, ἀλλ' ἦν ὕποπτα

monefaciendum tempore ſumto, in fugam ſe dedit. Ego ſtatim ab illis comprehenſus ſum: Therſanderque clamorem attollere coepit. Quapropter vigilum multitudo affluere, ille magis magiſque crimen augere, dicenda tacendaque pariter inculcare, adulterum ac furem identidem appellare. Tandem me in carcerem contrudit: nomenque meum de adulterio defert. Sed horum nihil me penitus commovit, non vinculorum ignominiae, non verborum iniuria: confidebam enim, argumentis convicturum, me adulterum nequaquam eſſe, propterea quod nuptiae palam factae fuerant. Illud me magnopere angebat, quod Leucippen revera nondum recuperaram. Porro malorum praeſagus animus eſt, bonorum nequaquam. Itaque nihil mihi tum ſani de Leucippe in mentem venire poterat: ſed erant ſuſpecta omnia, omnia pavoris plena:

1 Οὔθ' ἡ τῶν λόγων αἰτία) Melius fortaſſe legatur *αἰκία*, verborum iniuria. Nam & moechum appellaverat & λωποδύτην. *Salm.* In hanc coniecturam induxit Salmaſium interpres Lat. vertendo: *non verborum iniuria*, quod & vulgatae lectioni ſubeſt. Nam ſub v. αἰτία λόγων criminationes ſtupri admiſſi intelligendae.

μοι πάντα καὶ μεστὰ δείματος. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτως εἶχον τὴν ψυχὴν κακῶς.

ϛ΄. Ὁ δὲ Θέρσανδρος ἐμβαλών με εἰς τὸ δεσμωτήριον, ὡς εἶχεν ὁρμῆς ἐπὶ τὴν Λευκίππην ἵεται. ὡς δὲ παρῆσαν ἐπὶ τὸ δωμάτιον, καταλαμβάνουσιν αὐτὴν χαμαὶ κειμένην, ἐν νῷ καθεστηκυῖαν, ὡς ἔτυχεν ὁ Σωσθένης εἰπὼν, ἐμφαίνουσαν τοῖς προσώποις λύπην ὁμοῦ καὶ δέος. ὁ γὰρ νοῦς οὔ μοι δοκεῖ λελέχθαι καλῶς ἀόρατος εἶναι τὸ παράπαν. φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς ὡς ἐν κατόπτρῳ τῷ προσώπῳ. ἡσθείς τε γὰρ, ἐξέλαμψεν τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰκόνα χαρᾶς· καὶ ἀνιαθεὶς, συνέστειλεν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν ὄψιν τῆς συμφορᾶς. Ὡς οὖν ἤκουσε ἡ Λευκίππη ἀνοιγομένων τῶν θυρῶν, ἦν δὲ ἔνδον λύχνος, ἀνανεύσασα μικρὸν, αὖθις τοὺς ὀφθαλμοὺς κατέβαλεν. ἰδὼν δὲ ὁ Θέρσανδρος τὸ κάλλος ἐκ παραδρομῆς, ὡς ἁρπαζομένης ἀστραπῆς,

ipſeque animo perculſo & penitus abiecto, maximo in moerore verſabar.

VI. Therſander ſimulac me in cuſtodiam tradidit, ad Leucippen cum Soſthene alacriter admodum profectus eſt; domumque ingreſſus, humi iacentem, ac Soſthenis dicta mente agitantem invenit, nec minus animi aegritudinem, & pavorem vultu prae ſe ferentem: ut illud mihi non recte dictum videatur, Mentem omnino cerni non poſſe: in vultu enim tanquam in ſpeculo, perfecte cernitur. Nam ſi laeta fuerit, ipſa procul dubio laetitia in oculis relucet: ſin vero triſtis, contrahitur frons, aegrimoniamque ipſam refert. Ceterum Leucippe, cum primum valvas aperiri ſenſit, vixdum oculis in eos conie̥ctis, aderat autem lucerna, vultum ſtatim demiſit. At Therſander, viſa pulchritudine, quae ex oculis eius, tanquam flamma nubium conflictu expreſſa, repente affulſerat, (ſunt enim oculi

μάλιστα γὰρ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κάθηται τὸ κάλλος, ἀφῆκε τὴν ψυχὴν ἐπ᾽ αὐτὴν, καὶ εἱστήκει τῇ θέᾳ δεδεμένος, ἐπιτηρῶν πότε αὖθις ἀναβλέψει πρὸς αὐτόν. Ὡς δὲ ἔνευσεν εἰς τὴν γῆν, λέγει· Τί κάτω βλέπεις, γύναι; τί δέ σου τὸ κάλλος τῶν ὀφθαλμῶν εἰς γῆν καταῤῥεῖ; ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς μᾶλλον ῥεέτω τοὺς ἐμούς.

ζ΄. Ἡ δὲ ὡς ἤκουσεν, ἐπλήσθη δακρύων, καὶ εἶχεν αὐτῆς ἴδιον κάλλος καὶ τὰ δάκρυα· δάκρυον γὰρ ὀφθαλμὸν ἀνίστησι καὶ ποιεῖ προπετέστερον· κἂν μὲν ἄμορφος ᾖ καὶ ἄγροικος, προστίθησιν εἰς δυσμορφίαν· ἐὰν δὲ ἡδὺς, καὶ τοῦ μέλανος ἔχων τὴν βαφὴν ἠρέμα τῷ λευκῷ στεφανούμενος, ὅταν τοῖς δάκρυσιν ὑγρανθῇ, ἔοικε πηγῆς ἐγκύμονι μαζῷ. καιομένης [1] δὲ τῆς τῶν δακρύων ἅλμης περὶ τὸν κύκλον, τὸ μὲν πιαίνεται, τὸ

praecipua pulchritudinis ſedes) confeſtim exarſit, obtutuque illo victus, mulierem, an rurſus oculos in ſe coniiceret, obſervare coepit. Verum cum illam nihil aliud, quam terram, intueri videret: Quouſque, inquit, lumina humi tua defixa erunt? quoſque tantam oris tui pulchritudinem ad terram referre perges? quin hanc potius ad oculos meos refers?

VII. Tum Leucippe, his auditis, lacrimas profudit, peculiari ſane ac germano quodam ſuo decore cumulatas. Lacrima enim oculos excitat, ac proterviores efficit: & ſi deformes atque agreſtes fuerint, eorum deformitatem auget; ſin contra iucundi, nigramque aciem candore ſenſim conveſtiti, cum lacrimis humeſcunt, tumidulae mammae fonti aſſimilantur. Manante quin etiam circa ſinum ſalſo earum humore, pars candida pingueſcit, nigra vero

1 Καιομένης) Corruptelam in h. v. facile ſentias. Boden coni. χεομένης, quod parum arridet. Senſus poſtulare videtur: εἰλουμένης — περὶ τὸν κύκλον, vel ſimile v.

δὲ μέλαν πορφύρεται, καὶ ἔστιν ὅμοιον, τὸ μὲν ἴῳ, τὸ δὲ ναρκίσσῳ. τὰ δὲ δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἔνδον εἱλούμενα γελᾷ. τοιαῦτα Λευκίππης ἦν τὰ δάκρυα, αὐτὴν τὴν λύπην εἰς κάλλος νενικηκότα. εἰ δὲ ἠδύνατο παγῆναι πεσόντα, καινὸν ἂν εἶχεν ἤλεκτρον ἡ γῆ. ὁ δὲ Θέρσανδρος ἰδὼν, πρὸς μὲν τὸ κάλλος ἐκεχήνει, πρὸς δὲ τὴν λύπην ἐξεμήνει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων ἐγκύους εἶχεν. ἔστι μὲν γὰρ φύσει δάκρυον ἐπαγωγὸν ἐλέους τοῖς ὁρῶσιν. τὸ δὲ τῶν γυναικῶν μᾶλλον, ὅσῳ θαλερώτερον, τοσούτῳ καὶ γοητότερον. ἐὰν δὲ ἡ δακρύουσα ᾖ καὶ καλὴ, καὶ ὁ θεατὴς ἐραστὴς, οὐδ' ὀφθαλμὸς ἀτρεμεῖ, ἀλλὰ τὸ δάκρυον ἐμιμήσατο. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὰ ὄμματα τῶν καλῶν τὸ κάλλος κάθηται, ῥέον δὲ ἐκεῖθεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ὁρώντων [1] ἵσταται,

purpurascit: atque haec violae, illa narcisso, similis efficitur. Quod si oculorum intra orbes lacrimae contineantur, risum prae se ferunt. Eiusmodi ergo Leucippes lacrimae cum essent, facile moerorem decore suo vincere potuerunt: quin immo si postea, quam exciderant, conglaciassent, electri novum procul dubio genus habuissemus. Thersander igitur, dum virginis pulchritudinem tristitiamque contemplatur, altera in admirationem raptus, altera ira cumulatus est, eiusque oculi lacrimis repleti sunt. Ita enim natura comparatum est, ut lacrimae, muliebres praesertim, videntes ad misericordiam moveant: eoque vehementius, quo recentiores fuerint. Quod si mulierem formosam, & eum, qui spectet, amatorem esse contingat; tunc videntis oculi nequaquam quiescunt, sed lacrimas ipsi quoque profundunt. Pulchritudo enim, quae in formosarum mulierum oculis praecipuum locum obtinet, ab

1 Ὁρώντων) Vix dubito, quin Tatius scripserit ἐρώντων, nam agitur de amatoribus, pulchrae puellae lacrimis ad easdem fundendas proclivibus. Vide antecedentia, & quae mox sequuntur.

καὶ τῶν δακρύων τὴν πηγὴν συνεφέλκεται. ὁ δὲ ἐραστὴς δεξάμενος ἄμφω, τὸ μὲν κάλλος εἰς τὴν ψυχὴν ἥρπασεν, τὸ δὲ δάκρυον εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐτήρησεν, ὁραθῆναι δὲ εὔχεται, καὶ ἀποψήσασθαι δυνάμενος, οὐκ ἐθέλει, ἀλλὰ τὸ δάκρυον ὡς δύναται κατέχει, καὶ φοβεῖται μὴ πρὸ καιροῦ φύγῃ. ὁ δὲ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν κίνησιν ἐπέχει, μὴ πρὶν τὸν ἐρώμενον ἰδεῖν ταχὺ θελήσῃ πεσεῖν. μαρτυρίαν γὰρ ταύτην νενόμικεν ὅτι καὶ φιλεῖ. Τοιοῦτόν τι τῷ Θερσάνδρῳ συμβέβηκεν. ἐδάκρυε γὰρ πρὸς ἐπίδειξιν, παθὼν μέν τι, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἀνθρώπινον, καλλωπιζόμενος δὲ πρὸς τὴν Λευκίππην, ὡς διὰ τοῦτο δακρυόμενος, ὅτι κἀκείνη δακρύει. λέγει οὖν πρὸς τὸν Σωσθένην προσκύψας· Νῦν μὲν αὐτὴν θεράπευσον. ὁρᾷς γὰρ ὡς ἔχει λύπης. ὥστε ὑπεκστήσομαι καὶ μάλα ἄκων, ὡς μὴ ὀχληρὸς εἴην. ὅταν δὲ ἡμερώτερον διατεθῇ, τότε αὐτῇ διαλεχθήσομαι.

iis in ſpectantis oculos dimanat, lacrimarumque vim educit: atque ita fit, ut amator, utrumque excipiens, illam animo hauriat, has oculis ſervet, quas dein conſpici optat, nec eas, tametſi poſſit, abſtergere curat: immo luminum motus inhibet; lacrimaſque intra ſinum, quamdiu poteſt, continet: illud videlicet timens, ne ante delabantur, quam ab amata viſae fuerint: id enim capti amore animi ſignum eſſe arbitratur. Huiuſmodi quiddam Therſandro quoque accidit. Flevit enim, tum ut oſtenderet, humano quodam, uti credibile eſt, ſe deſiderio moveri, tum, ut erga Leucippen ſe ſimularet, tanquam ſcilicet idcirco fleret, quia flentem ipſam vidiſſet. Itaque ad Soſthenem converſus: Tu nunc puellae huic aliquam, inquit, conſolationem affer. Quanto enim in moerore iaceat, vides. Ego, tametſi invitus, hinc tamen recedam, ne illi moleſtus ſim. Poſt, ubi mitiorem factam eſſe audivero,

σὺ δὲ, ὦ γύναι, θάρσει. ταχὺ γάρ σου ταῦτα τὰ δάκρυα ἰάσομαι. Εἶτα πρὸς τὸν Σωσθένην πάλιν, ἐξιών· Ὅπως εἴπῃς τὰ εἰκότα περὶ ἐμοῦ· ἕωθεν δὲ ἥκειν πρός με κατορθώσας, ἔφη. Ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάττετο.

η΄. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, ἔτυχεν, ἐπὶ τὴν Λευκίππην μετὰ τὴν πρός με ὁμιλίαν εὐθὺς εἰς τοὺς ἀγροὺς τὴν Μελίττην νεανίσκον ἀποστείλασαν, ἐπείγειν αὐτὴν εἰς τὴν ἐπάνοδον, μηδὲν ἔτι δεομένην φαρμάκων. Ὡς οὖν ἧκεν οὗτος εἰς τοὺς ἀγρούς, καταλαμβάνει τὰς θεραπαινίδας ζητούσας τὴν Λευκίππην, καὶ πάνυ τεταραγμένας. ὡς δὲ οὐκ ἦν οὐδαμοῦ, δρόμῳ φθάσας ἀπήγγειλε τὸ συμβάν. Ἡ δὲ ὡς ἤκουσεν τὰ περὶ ἐμοῦ, ὡς εἴην εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβληθείς· εἶτα περὶ τῆς Λευκίππης, ὡς ἀφανὴς ἐγένετο, νέφος αὐτῇ κατεχύθη λύπης. καὶ τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ εἶχεν εὑρεῖν· ὑπενόει δὲ τὸν Σωσθένην. βουλομένη δὲ φανερὰν αὐτῆς τὴν

eam alloquar. Tu interea bono animo ſis, mulier: dolorem enim iſtum tuum quamprimum abſtergam. Deinde egreſſus, Soſtheni rurſum: Cave, inquit, ne, niſi quod deceat, de me loquaris; atque ut cras prima luce ad me, re bene geſta, redeas, cura.

VIII. Interea Melite continuo poſt, quam a me diſceſſit, adoleſcentem rus ad Leucippen miſit, qui eam ad reverſionem urgeret, nullis amplius pharmacis opus eſſe nuntians. Ille ſtatim profectus, cum ancillas puellam quaerentes, ac propterea, quod nuſquam apparebat, valde perturbatas offendiſſet, maxima cum feſtinatione reverſus, herae factum renuntiavit. Quae me in carcerem concluſum, Leucippen vero abductam intelligens, curarum mole obruta eſt. Ac quamquam rem, uti ſe haberet, certo ſcire non poterat, culpam tamen omnem in Soſthenem reiiciebat. Leucippen itaque palam perquiri voluit: atque

ζήτησιν ποιήσασθαι διὰ τοῦ Θερσάνδρου, τέχνην λόγων ἐπενόησεν, ἥτις μεμιγμένην εἶχε τῷ σοφίσματι τὴν ἀλήθειαν.

Θ′. Ἐπεὶ δὲ ὁ Θέρσανδρος εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν ἐβόα πάλιν· Τὸν μοιχὸν ἐξέκλεψας, σὺ τῶν δεσμῶν ἐξέλυσας, καὶ τῆς οἰκίας ἐξαπέστειλας, σὸν τὸ ἔργον· τί οὖν οὐκ ἠκολούθεις αὐτῷ; τί δὲ ἐνταῦθα μένεις; ἀλλ' οὐκ ἄπει πρὸς τὸν ἐρώμενον, ἵνα αὐτὸν ἴδοις στεῤῥωτέροις δεσμοῖς δεδεμένον; Καὶ ἡ Μελίττη· Ποῖον μοιχόν; ἔφη. τί πάσχεις; εἰ γὰρ θέλεις, τὴν μανίαν ἀφεὶς, ἀκοῦσαι τὸ πᾶν, μαθήσῃ ῥᾳδίως τὴν ἀλήθειαν. ἓν οὖν σου δέομαι, γενοῦ μοι δικαστὴς ἴσος, καὶ καθάρας μέν σου τὰ ὦτα τῆς διαβολῆς, ἐκβαλὼν δὲ τῆς καρδίας τὴν ὀργὴν, τὸν δὲ λογισμὸν ἐπιστήσας κριτὴν ἀκέραιον, ἄκουσον. Ὁ νεανίσκος οὗτος, οὔτε μοιχὸς ἦν ἐμὸς, οὔτ' ἀνήρ· ἀλλὰ τὸ μὲν γένος ἀπὸ Φοινίκης, Τυρίων οὐδενὸς δεύτερος. ἔπλευσεν δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ

ut Therſandro, culpa carere ſe, perſuaderet, ſermonem, qui ambagibus involutam veritatem continebat, artificioſe admodum excogitavit.

IX. Nam cum ille domum reverſus, iterum exclamaret: Tu moechum eripuiſti, tu e vinculis exemiſti, tu domo emiſiſti: cur non igitur illum ſequeris? Quid hic moraris? quin ad amatorem tuum proficiſceris, ut arctioribus eum catenis conſtrictum videas? Tum Melite: Quemnam, inquit, mihi adulterum nominas? Sanuſne es, qui haec dicas? Tu ſi rem omnem, furore poſthabito, audire volueris, veritatem facile cognoſces. Unum tantum te rogo, aequum te mihi iudicem praebe: auribuſque calumnia vacuis, ac ratione irae loco adhibita, audi. Adoleſcens hic neque adulter, neque coniux meus eſt; ſed genere Phoenix, Tyriorum nulli ſecundus. Is cum navi-

εὐτυχῶς, ἀλλὰ πᾶς ὁ φόρτος αὐτοῦ γέγονε τῆς θαλάσσης. ἀκούσασα τὴν τύχην ἠλέησα, καὶ ἀνεμνήσθην σου, καὶ παρέσχον ἑστίαν· Τάχα, λέγουσα, καὶ Θέρσανδρος οὕτω που πλανᾶται, Τάχα, λέγουσά, τις κἀκεῖνον ἐλεήσει γυνή. εἰ δὲ τῷ ὄντι τέθνηκε κατὰ θάλατταν, ὡς ἡ φήμη λέγει, φέρε πάντα τιμῶμεν αὐτοῦ τὰ ναυάγια. πόσους καὶ ἄλλους ἔθρεψα νεναυαγηκότας; πόσους ἔθαψα τῆς θαλάσσης νεκρούς; εἰ ξύλον ἐκ ναυαγίας τῇ γῇ προσπεσὸν ἐλάμβανον· Τάχα, λέγουσα, Θέρσανδρος ἐπὶ ταύτης τῆς νηὸς ἔπλει. εἷς δὴ καὶ οὗτος ἦν τῶν ἐκ τῆς θαλάσσης σωζομένων ἔσχατος. ἐχαριζόμην σοι τιμῶσα τοῦτον. ἔπλευσεν ὥσπερ σὺ, ἐτίμων, φίλτατε, τῆς συμφορᾶς τὴν εἰκόνα. πῶς οὖν ἐνταῦθα συνηπειγόμην, ὁ λό-

garet, adverſa admodum fortuna uſus eſt: quippe omnes eius merces naufragio conſumtae perierunt. Quod ego cum audiviſſem, calamitate hominis commota ſum. Interim tui memor, eum hoſpitio accepi, mecum illud cogitans, fieri potuiſſe, ut tu quoque ſic errares, tuamque calamitatem mulier aliqua ſublevaret: aut ſi revera in undis, ut fama fuit, diem obiiſſes, non impie me facturam, ſi naufragis omnibus miſericordiam tribuiſſem. Nam quot alios me naufragos ſublevaſſe putas? quot undis ſubmerſos ſepulturae mandaſſe? ſi modo lignum e naufragio ad terram delatum nanciſci potui, mecum inquiens: Forte hac navi Therſander vehebatur. Ex iis autem, qui pelagi vim effugerunt, unus hic, & quidem poſtremus fuit: quem dum ego honore affeci, quid aliud, quam in te officioſa fui? Navigavit ille, quemadmodum etiam tu: idcirco eius calamitatem tanquam tuae imaginem, cariſſime coniux, miſerata ſum. Habes, quo pacto illum huc

γος ἀληθής. ἔτυχε μὲν πενθῶν γυναῖκα· ἡ δ' ἄρα ἐλάνθανεν οὐκ ἀποθανοῦσα· τοῦτό τις αὐτῷ καταγορεύει, καὶ ὡς ἐνταῦθα εἴη, παρά τινι τῶν ἡμετέρων ἐπιτρόπων· Σωσθένει, ἔλεγεν. καὶ οὕτως εἶχεν· τὴν γὰρ ἄνθρωπον ἥκοντες εὕρομεν. διὰ τοῦτο ἠκολούθησέ μοι. ἔχεις τὸν Σωσθένην, πάρεστιν ἡ γυνὴ κατὰ τοὺς ἀγρούς. ἐξέτασον τῶν λεχθέντων ἕκαστον. εἴ τι ἐψευσάμην, μεμοίχευμαι.

ι'. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, προσποιησαμένη, τὸν ἀφανισμὸν τῆς Λευκίππης μὴ ἐγνωκέναι· ταμιευσομένη αὖθις, εἰ ζητήσει ὁ Θέρσανδρος εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν, τὰς θεραπαινίδας ἀγαγεῖν, αἷς συναπελθοῦσα ἔτυχεν, ἂν παραγένηται περὶ τὴν ἕω, λεγούσας, ὅπερ ἦν, οὐδαμοῦ φαίνεσθαι τὴν κόρην· οὕτω γὰρ αὐτὴν ἐγκεῖσθαι πρὸς τὴν ζήτησιν φανερῶς, ὡς καὶ τὸν Θέρ-

mecum perduxerim. Porro autem is uxorem ſuam lugebat, quae tamen inter vivos adhuc, quamvis latenter, verſabatur; cum tandem, neſcio quis, eam vivere, atque apud unum e procuratoribus noſtris, Soſthenem autem nominabat, diverſari nobis retulit: remque ita ſe habere compertum eſt. Rus enim profecti, mulierem invenimus: atque hac de cauſa me ille ſecutus eſt. Habes Soſthenem: mulier ruri eſt. De iis omnibus tuo arbitratu percontare. Si quid mentitam eſſe me compereris, adulterii ream agas licet.

X. Haec Melite dicebat, Leucippes raptum ſcire ſe diſſimulans, atque in animo habens, ſi quidem facti veritatem indagare Therſander ſtuduiſſet, ancillas, quibuſcum Leucippe abierat, poſtridie mane reverſura, teſtes dare, puellam nuſquam reperiri dicturas. Nec enim aliam illam ob cauſam perquirendae puellae operam dabat, quam ut Therſandrum ad credendum, quae locuta fuerat, induce-

σανδρον ἐπαναγκάσαι. Ταῦτα οὖν ὑποκριναμένη, πιθανῶς κἀκεῖνα προσετίθει· Πίστευσον, ἄνερ, οὐδέν μοι φίλτατε παρὰ τὸν τῆς συμβιώσεως κατέγνωκας χρόνον, μηδὲ νῦν τοιοῦτον ὑπολάβοις. ἡ δὲ Φήμη διαπεφοίτηκεν, ἐκ τῆς εἰς τὸν νεανίσκον τιμῆς, οὐκ εἰδότων τῶν πολλῶν τὴν αἰτίαν τῆς κοινωνίας. καὶ γὰρ σὺ Φήμῃ τέθνηκας. Φήμη δὲ καὶ διαβολὴ, δύο συγγενῆ κακά. θυγάτηρ ἡ Φήμη τῆς διαβολῆς. καὶ ἔστι μὲν ἡ διαβολὴ μαχαίρας ὀξυτέρα, πυρὸς σφοδροτέρα, Σειρήνων πιθανωτέρα· ἡ δὲ Φήμη ὕδατος ὑγροτέρα, πνεύματος δρομικωτέρα, πτερῶν ταχυτέρα. ὅταν οὖν ἡ διαβολὴ τοξεύσῃ τὸν λόγον, ὁ μὲν δίκην βέλους ἐξίπταται, καὶ τιτρώσκει μὴ παρόντα καθ' οὗ πέμπεται· ὁ δὲ ἀκούων ταχὺ πείθεται, καὶ ὀργῆς αὐτῷ πῦρ ἐξάπτεται, καὶ ἐπὶ τὸν βληθέντα μαίνεται. τεχθεῖσα δὲ

ret. Quin immo, quamquam ſatis appoſite reſpondiſſe videbatur, tamen illud etiam addidit: Neque vero, coniux, quae dixi, falſa eſſe putes: meminiſſe enim potes, quam incorrupte antea, dum ſimul aetatem egimus, vitam duxerim: quamobrem, probri me nunc a te inſimulari, periniquum eſt. Fama autem haec ex honore adoleſcenti habito exorta eſt, eo quod multos lateret cauſa, quamobrem meam illum in familiaritatem receperim. Quod ſi famae credendum ſit, an non tu quoque naufragio ſubmerſus obiiſſe putandus eſſes? Calumnia enim & fama duo ſunt ſibi cognata mala, nimirum quia haec illius filia eſt. Atque illa quidem gladio acutiòr, igne ardentior, & ad perſuadendum Sirenibus aptior eſt: haec vero aqua fluxior, vento celerior, & pernicior alis. Quamobrem ſermo, cum a calumnia emiſſus fuerit, ſagittae in morem evolat, abſentemque, in quem mittitur, vulnerat: qui vero audit, facile admodum credit, iraque accenſus in vul-

ἡ φήμη τῷ τοξεύματι, ῥεῖ μὲν εὐθὺς πολλὴ, καὶ ἐπικλύζει τὰ ὦτα τῶν ἐντυχόντων, διαπνεῖ δὲ ἐπὶ πλεῖστον καταιγίζουσα τῷ τοῦ λόγου πνεύματι, καὶ ἐξίπταται κουφιζομένη τῷ τῆς γλώσσης πτερῷ. ταῦτά με τὰ δύο πολεμεῖ, ταῦτά σου τὴν ψυχὴν κατέβαλεν, καὶ ἀπέκλεισέ μου τοῖς λόγοις τῶν ὤτων σου τὰς θύρας.

ια΄. Ἅμα λέγουσα, χειρός τε ἔθιγεν, καὶ καταφιλεῖν ἤθελεν. ἐγεγόνει δὲ ἡμερώτερος, καὶ αὐτὸν ἔσαινεν τῶν λεγομένων τὸ πιθανὸν, καὶ τὸ τῆς Λευκίππης σύμφωνον τῷ λόγῳ τοῦ Σωσθένους, μέρος τῆς ὑπονοίας μετέφερεν. οὐ μέν τοι τέλεον ἐπίστευσεν. ζηλοτυπία γὰρ ἅπαξ ἐμπεσοῦσα ψυχῇ δυσέκλειπτός ἐστιν. Ἐθορυβεῖτο οὖν ὅτε τὴν κόρην ἤκουεν εἶναί μου γυναῖκα· ὥστε ἐμίσει με μᾶλλον. Τότε μὲν οὖν εἰπὼν ἐξετά-

neratum furit. At fama ex vulnere huiusmodi multiplex quidem ſtatim diffunditur: & ſermonis vento acta, linguaeque pennis interim ſuſtentata, omnes in partes circumfertur, in obvii cuiuſque aures illabens. Hae contra me duae peſtes conſpiraverunt: eaedem animum nunc tuum occupant, meoſque ab auribus tuis ſermones arcent.

XI. Quae cum Melite dixiſſet, apprehenſam Therſandri manum diſſuaviari voluit. Ille quoque dictorum veriſimilitudine motus, de concepta ira aliquantum remiſit, utpote cui, quae de Leucippe narrata erant, a Soſthenis oratione non aliena, ſuſpicionis partem ademiſſent. Non enim omnia prorſus credere voluit: propterea quod obtrectatio, ubi ſemel in animum alicuius incidit, non niſi difficulter extrudi poteſt. Ceterum Therſander puellam, quam deperibat, uxorem meam eſſe audiens, mirum in modum perturbatus eſt: maiuſque in me odium concepit. Sed tamen percontaturum ſe affirmans, itane, uti audi-

σειν περὶ τῶν εἰρημένων, κοιμησόμενος ᾤχετο καθ᾽ αὐτόν. ἡ δὲ Μελίττη κακῶς εἶχε τὴν ψυχὴν, ὡς ἐκπεσοῦσα πρός με τῆς ὑποσχέσεως. Ὁ δὲ Σωσθένης παραπέμψας μέχρι τινὸς τὸν Θέρσανδρον, καθυποσχόμενος περὶ τῆς Λευκίππης, αὖθις ἀναστρέφει πρὸς αὐτὴν, καὶ σχηματίσας τὸ πρόσωπον εἰς ἡδονὴν, Κατορθώσαμεν, εἶπεν, ὦ Λάκαινα. Θέρσανδρος ἐρᾷ σου, καὶ μαίνεται· ὥστε τάχα καὶ γυναῖκα ποιήσεταί σε. τὸ δὲ κατόρθωμα τοῦτο ἐμόν· ἐγὼ γάρ σου πρὸς αὐτὸν περὶ τοῦ κάλλους πολλὰ ἐτερατευσάμην, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ φαντασίας ἐγέμισα. Τί κλαίεις; ἀνάστηθι, καὶ θύε ἐπὶ τοῖς εὐτυχήμασιν Ἀφροδίτῃ. μνημόνευε δὲ κἀμοῦ.

ιβʹ. Καὶ ἡ Λευκίππη· Τοιαῦτά σοι, ἔφη, γένοιτο εὐτυχήματα, οἷά μοι κομίζων πάρει. Ὁ δὲ Σωσθένης τὴν εἰρωνείαν οὐ συνιεὶς, ἀλλὰ νομίζων αὐτὴν

verat, res haberet, cubitum solus abiit. Melite interea moerore conficiebatur, quod, quae mihi promiserat, facere se non posse intelligeret. At Sosthenes, Thersandro, ut aliquantisper abesset, dimisso, multa de Leucippe pollicens, ad eam rursum profectus est: vultuque hilaritatem prae se ferente, Prospere omnia, inquit, o Lacaena, succedent. Thersander enim eousque te diligit, ut insaniat: forte vero etiam in uxorem ducet. Id autem mea unius opera fieri credas velim, qui tuam illi pulchritudinem, supra quam cogitari possit, commendavi, teque in medullis eius penitus infixi. Flere itaque desine, ac bono animo esto, Venerique hanc ob felicitatem sacra facere perge. Sed, ut mei quoque tibi veniat in mentem, cura.

XII. Tum Leucippe: Talis, inquit, faxint Dii, ut felicitas tibi eveniat, qualem mihi nuntiatum venis. Sosthenes irrideri se minime ratus, sed illam ex animo loqui

τῷ ὄντι λέγειν, φιλοφρονούμενος προσετίθει· Βούλομαι δέ σοι καὶ τὸν Θέρσανδρον, ὅς τις ἐστὶν, εἰπεῖν, ὡς ἂν μᾶλλον ἡσθείης· Μελίττης μὲν ἀνὴρ, ἣν εἶδες ἐν τοῖς ἀγροῖς· γένει δὲ πρῶτος ἁπάντων τῶν Ἰώνων, πλοῦτος μείζων τοῦ γένους, ὑπὲρ τὸν πλοῦτον ἡ χρηστότης. τὴν δὲ ἡλικίαν, οἷός ἐστιν, εἶδες, ὅτι νέος καὶ καλὸς, ὃ μάλιστα τέρπει γυναῖκα. Πρὸς τοῦτο οὐχ ὑπήνεγκεν ἡ Λευκίππη ληροῦντα τὸν Σωσθένην. ἀλλ᾽· Ὦ κακὸν σὺ θηρίον· μέχρι τίνος μιαίνεις τὰ ὦτα; τί ἐμοὶ καὶ Θερσάνδρῳ κοινόν; καλὸς ἔστω Μελίττῃ, καὶ πλούσιος τῇ πόλει, χρηστός τε καὶ μεγαλόψυχος τοῖς δεομένοις· ἐμοὶ δὲ οὐδὲν μέλει τούτων. εἴτε ἐστὶ καὶ Κόδρου εὐγενέστερος, εἴτε Κροίσου πλουσιώτερος· τί μοι καταλέγεις σωρὸν ἀλλοτρίων ἐγκωμίων; τότε ἐπαινέ-

exiſtimans: Atqui nunc, inquit, Therſandri conditionem fortunamque, quo magis etiam tibi laetandum ſcias, commemorare volo. Itaque hoc pro certo habe, Melites, eius, quam ruri allocuta es, maritum illum eſſe, Ionum omnium genere primum; ſed cuius genus divitiae, divitias benignitas vincat. Nam quid ego de eius aetate loquar? tu enim iuvenem, praetereaque formoſum eſſe vidiſti: quae duae res a mulieribus quam maxime expetuntur. Hic tum Leucippe nugatorem Soſthenem diutius non tulit, ſed, Quouſque tandem, inquit, belluarum omnium peſſima, aures meas impura tua oratione foedare perges? Quid mihi cum Therſandro? Formoſus ſit Melitae, dives ſit patriae, manſuetus & magnanimus ſit iis, qui eius opera eguerint. Nihil enim mea refert, ſive Codro nobilior, ſive Croeſo ditior exſiſtat. Quid mihi alienarum laudum cumulum recenſes? Sane Therſandrum uti

σω Θέρσανδρον ὡς ἄνδρα ἀγαθὸν, ὅταν ἐς τὰς ἀλλοτρίας μὴ ἐνυβρίζῃ γυναῖκας.

ιγ΄. Καὶ ὁ Σωσθένης σπουδάσας εἶπεν· Παίζεις; Ποῖ παίζω; ἔφη. ἔα με, ἄνθρωπε, μετὰ τῆς ἐμαυτῆς συντρίβεσθαι τύχης, καὶ τοῦ κατέχοντός με δαίμονος. οἶδα γὰρ οὖσα ἐν πειρατηρίῳ. Δοκεῖς μοι, ἔφη, μαίνεσθαι μανίαν ἀνήκεστον. πειρατήριον ταῦτ᾽ εἶναί σοι δοκεῖ, πλοῦτος καὶ γάμος καὶ τρυφή; ἄνδρα τοιοῦτον λαβοῦσα παρὰ τῆς τύχης, ὃν οὕτω φιλοῦσι οἱ θεοὶ, ὡς αὐτὸν καὶ ἐκ μέσων τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἀναγαγεῖν; Εἶτα κατέλεγεν τὴν ναυαγίαν, ἐκθειάζων, ὡς ἐσώθη, καὶ τερατευόμενος ὑπὲρ τὸν δελφῖνα τὸν Ἀρίωνος. Ὡς δ᾽ οὐδὲν ἡ Λευκίππη οὐκ ἔτι μυθολογοῦντα πρὸς αὐτὸν εἶπεν· Σκέψαι, ἔφη, κατὰ σοῦ, τί ἄμεινον, καὶ ὅπως μηδὲν τούτων πρὸς Θέρσανδρον ἐρεῖς, καὶ μὴ παροξύνῃς χρηστὸν ἄνδρα. ὀργι-

probum virum tunc laudabo, cum alienis uxoribus iniuriam afferre desinet.

XIII. Tum serio loquens Sosthenes: Igitur, inquit, iocaris? At illa: Quid, inquit, iocer? sine mea me fortuna, & me trahente me fato frui: scio enim, me inter piratas esse. Ille autem: Immedicabili mihi videris, inquit, insania detineri. Piratarumne tibi locus hic videtur, ubi coniugem, divitias, oblectamenta nanciscaris? eumque praeterea virum, quem adeo diligunt Dii, ut ex ipsis mortis faucibus eripuerint? Atque sumta hinc dicendi occasione naufragium recensuit, divina ope factum inquiens, quod evaserit, ac non dissimilia propemodum iis, quae de Arionis delphine narrantur, comminiscens. Quibus cum nihil Leucippe respondisset, Sosthenes iterum: Quid tua e re sit, inquit, mente circumspice, & huiusmodi quidquam Thersandro respondeas, cave, ne hominem mansuetum

σθεὶς γὰρ ἀφόρητός ἐστιν· χρηστότης γὰρ τυγχάνουσα μὲν χάριτος, ἔτι μᾶλλον αὔξεται· προπηλακισθεῖσα δὲ, εἰς ὀργὴν ἐρεθίζεται. τὸ γὰρ περιττὸν εἰς φιλανθρωπίαν, ἴσον ἔχει τὸν θυμὸν εἰς τιμωρίαν. Τὰ μὲν δὴ κατὰ Λευκίππην εἶχεν οὕτως.

ιδʹ. Κλεινίας δὲ καὶ ὁ Σάτυρος πυθόμενοί, με ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καθεῖρχθαι· διηγγέλκει γὰρ αὐτοῖς ἡ Μελίττη· τῆς νυκτὸς εὐθὺς ἐπὶ τὸ οἴκημα σπουδῇ παρῆσαν. καὶ ἤθελον μὲν αὐτοῦ καταμεῖναι σὺν ἐμοί, ὁ δὲ ἐπὶ τῶν δεσμῶν οὐκ ἐπέτρεπεν, ἀλλ᾽ ἐκέλευεν ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ τούτους ἀπήλασεν ἄκοντας, ἐγὼ δὲ ἐντειλαμενος αὐτοῖς περὶ τῆς Λευκίππης, εἰ παραγένοιτο, περὶ τὴν ἕω σπουδῇ πρός με ἥκειν, καὶ τὰς τῆς Μελίττης διηγησάμενος ὑποσχέσεις, τὴν ψυχὴν εἶχον ἐπὶ τρυτάνης ἐλπίδος καὶ φόβου, καὶ ἐφοβεῖτό μου τὸ ἐλπίζον, καὶ ἤλπιζε τὸ φοβούμενον.

irrites: qui cum ira permovetur, ferri nequit. Is enim, cui manſuetudo ineſt, ſi in mite ingenium incidat, manſuetiorem etiam ſe praeſtat: ſin vero cum inhumano congrediatur, implacabili efferveſcit iracundia. Natura enim ita comparatum eſt, ut, in quo ad bene merendum vigeat alacritas, ei ad ulciſcendum acerbitas non deſit. Ac de Leucippe quidem hactenus.

XIV. Clinia Satyruſque, ſimulac me in cuſtodiam datum eſſe audiverunt, omnem enim rem eis Melite narraverat, noctu ad me in carcerem ſtatim ſe contulerunt, una mecum illic degere parati: verum carceris cuſtos non permiſit, quin immo eos vel invitos quam celerrime abire iuſſit. Ego vero id tum ab eis perii, ut cum primum Leucippen rediiſſe cognoviſſent, mane ſine mora ad me reverterentur. Interea Melites promiſſa mente agitans, ſpe metuque angebar; ac timori ſpes, & ſpei timor coniunctus erat.

ιέ. Ἡμέρας δὲ γενομένης, ὁ μὲν Σωσθένης ἐπὶ τὸν Θέρσανδρον ἔσπευδεν. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σάτυρον ἐπ' ἐμέ. Ὡς εἶδεν δὲ ὁ Θέρσανδρος τὸν Σωσθένην, ἐπυνθάνετο, πῶς ἔχει τὰ κατὰ κόρην εἰς πειθὼ πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ τὸν μὲν ὄντα λόγον οὐ λέγει· σοφίζεται δέ τι μάλα πιθανῶς. Ἀρνεῖται μὲν γὰρ, εἶπεν· οὐ μὴν ἡγοῦμαι τὴν ἄρνησιν αὐτῆς οὕτως ἔχειν ἁπλῶς, ἀλλ' ὑπονοεῖν μοι δοκεῖ σε χρησάμενον ἅπαξ ἀφήσειν, καὶ ὀκνεῖ τὴν ὕβριν. Ἀλλὰ τούτου γε εἵνεκεν, εἶπεν ὁ Θέρσανδρος, θαῤῥείτω. τὸ γὰρ ἐμὸν οὕτως ἔχει πρὸς αὐτὴν, ὡς ἀθάνατον εἶναι. ἓν δὲ μόνον φοβοῦμαι, καὶ ἐπείγομαι μαθεῖν περὶ τῆς κόρης, εἰ τῷ ὄντι γυνὴ τυγχάνει τοῦ νεανίσκου γενομένη, ὡς ἡ Μελίττη μοι διηγήσατο. Ταῦτα διαλεγόμενοι παρῆσαν ἐπὶ τὸ τῆς Λευκίππης δωμάτιον. Ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγένοντο τῶν

XV. Postea autem, cum iam dies illuxisset, Sosthenes ad Thersandrum; Satyrus & Clinia ad me reversi sunt. Ac Thersander quidem Sosthenem, quid de Leucippe fecisset, ad moremne sibi gerendum persuasa esset, interrogavit statim. Ille autem suppressa veritate, nescio quid apte sane commentus: Negat quidem illa, inquit; verum id ego ex animo proficisci non puto: nam contumeliam tantum timere mihi videtur, ne videlicet se, cum semel potitus fueris, eiicias. Tum ille: Atqui quod ad hanc rem, inquit, attinet, formidare desinat. Etenim, ut ingenue fatear, tam altas desiderium eius meo in corde radices egit, nullo ut unquam tempore inde avelli possit. Illud tantummodo vereor, ac scire aveo, sitne vere adolescentis eius, uti mihi a Melite narratum antea fuit, uxor. Haec ultro citroque colloquentes ad Leucippes domunculam pervenerunt. Quam cum ad miserabilem sonum vocem inflectentem procul sensissent, taciti ante fores clam confede-

θυρῶν, ἀκούουσιν αὐτῆς ποτνιωμένης. [1] ἔστησαν οὖν ἀψοφητὶ κατόπιν αὐτῶν τῶν θυρῶν.

ιϛ'. Οἴμοι, Κλειτοφῶν· Τοῦτο γὰρ ἔλεγε πολλάκις· Οὐκ οἶδας ποῦ γέγονα, καὶ ποῦ καθεῖργμαι· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ, τίς σε κατέχει τύχη· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἄγνοιαν δυστυχοῦμεν. ἆρα μή σε κατέλαβε Θέρσανδρος ἐπὶ τῆς οἰκίας; ἆρα μὴ καὶ σύ τι πέπονθας ὑβριστικόν; πολλάκις ἠθέλησα πυθέσθαι παρὰ τοῦ Σωσθένους, ἀλλ' οὐκ εἶχον ὅπως πύθωμαι· εἰ μὲν ὡς περὶ ἀνδρὸς ἐμαυτῆς, ἐφοβούμην, μή τί σοι κινήσω κακὸν, παροξύνασα Θέρσανδρον ἐπὶ σέ· εἰ δὲ ὡς περὶ ξένου τινὸς, ὑπόνοια καὶ τοῦτο ἦν· τί γὰρ μέλει γυναικὶ περὶ τῶν οὐχ ἑαυτῆς; ποσάκις ἐμαυτὴν ἐβιασάμην,

runt, ut, quae loqueretur, exaudirent. Sola enim secum ita propemodum lamentabatur.

XVI. Hei mihi, o Clitophon! id autem nominis crebro repetebat, neque tu, ubi sim, aut quo in loco custodiar, nosti: neque ego, quae te fortuna habeat, satis scio: sed alter alterius rerum ignarus miseram uterque vitam vivimus. Numquid vero te domi Thersander deprehendit? numquid tu quoque contumeliam passus es? Mihi quidem non semel in animo fuit, Sosthenem de te interrogare: verum, quomodo id tuto facerem, non inveniebam. Si enim, ut de coniuge meo, rogassem, metuendum fuit, ne inde aliquid periculi tibi conflarem, Thersandrum in te concitando. Sin, ut de hospite aliquo, hinc etiam suspicioni locus esse poterat. Qui enim mulier de iis, quae ad se non pertineant, sollicita sit? Sed quid ego haec loquor? Immo vero ad rogandum me quam saepis-

1 Ποτνιωμένης) Hesychius inter alia ποτνιῶμαι reddit μετ' οἰμωγῆς ἱκετεύω. Adhibetur de obsecrantibus & opem Deûm implorantibus voce lamentabili, ubi vel solent miseri obtestari: ὦ πότνια, πότνια θεὰ, vel, non sine lacrimis ante simulacra, supplicum more provolvi. Ita Scholiastes Euripidis Orest. 1213: Ποτνιᾶσθαι ἐστι, τὸ προσπίπτειν καὶ παρακαλεῖν μετὰ δακρύων.

ἀλλ' οὐκ ἔπειθον τὴν γλῶσσαν εἰπεῖν; ἀλλὰ ταῦτα μόνον ἔλεγον, Ἄνερ Κλειτοφῶν, Λευκίππης μόνης ἄνερ, πιστὲ καὶ βέβαιε, ὃν οὐδὲ συγκαθεύδουσα πέπεικεν ἄλλη γυνὴ, κἂν ἡ ἄστοργος ἐγὼ πεπίστευκα. μετὰ τοσοῦτον ἰδοῦσά σε χρόνον ἐν τοῖς ἀγροῖς οὐ κατεφίλησα. Νῦν οὖν ἂν Θέρσανδρος ἔλθῃ πυθανόμενος, τί πρὸς αὐτὸν εἴπω; ἆρα ἀποκαλύψασα τοῦ δράματος τὴν ὑπόκρισιν, διηγήσομαι τὴν ἀλήθειαν; Μή με νομίσῃς ἀνδράποδον εἶναι, Θέρσανδρε. στρατηγοῦ θυγάτηρ εἰμὶ Βυζαντίων, πρώτου τῶν Τυρίων γυνὴ, οὐκ εἰμὶ Θετταλὴ, οὐ καλοῦμαι Λάκαινα. ὕβρις αὐτή ἐστιν πειρατικὴ, λελῄστευμαι καὶ τοὔνομα. ἀνήρ μοι Κλειτοφῶν, πατρὶς Βυζάντιον, Σώστρατος πατὴρ, μήτηρ Πανθία. ἀλλ' οὐδὲ πιστεύσειας ἐμοὶ λεγούσῃ. Φοβοῦμαι δὲ καὶ ἐὰν πιστεύσῃς περὶ Κλειτοφῶντος,

ſime comparavi; nec tamen ad id linguam inducere unquam potui: verum ita tantummodo mecum querebar: Marite Clitophon, unius Leucippes fide & conſtans marite, quem alia nulla cum eo etiam cubans mulier pellexit, quamquam id ego amoris iam propemodum affectu vacua non credidi, tene ego tanto poſt tempore ruri conſpicata deoſculari ceſſavi? Sed quidnam Therſandro, ſi forte rurſum interrogaturus adſit, reſpondebo? numquid, detracta perſona, rei totius veritatem omnem adaperiam? Ne me vile mancipium, Therſander, exiſtimes. Byzantiorum exercitus ducis filiam & Tyrii adoleſcentis viri primarii uxorem eſſe ſcias. Ego nec Theſſala ſum, nec Lacaenae mihi eſt nomen. Piratica haec contumelia eſt, per quam nomen etiam mihi ademtum fuit. Coniux mihi eſt Clitophon, patria Byzantium, pater Soſtratus, mater Panthia. Haec reſpondenti mihi tu minime, puto, credes. Ipſa quoque, ſi credas, illud vereor, ne importunum li-

μὴ τὸ ἄκαιρόν μου τῆς ἐλευθερίας τὸν φίλτατον ἀπολέσῃ. Φέρε πάλιν ἐνδύσομαί μου τὸ δρᾶμα, φέρε πάλιν περιθῶμαι τὴν Λάκαιναν.

ιζ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Θέρσανδρος μικρὸν ἀναχωρήσας λέγει πρὸς τὸν Σωσθένην· Ἤκουσας ἀπίστων ῥημάτων, γεμόντων ἔρωτος; ὅσα εἶπεν; ὅσα ὠδύρατο; τί ἑαυτὴν κατεμέμψατο; ὁ μοιχός μου κρατεῖ πανταχοῦ. δοκῶ, ὁ λῃστὴς καὶ φαρμακεύς ἐστιν. Μελίττη φιλεῖ, Λευκίππη φιλεῖ. ὄφελον, ὦ Ζεῦ, γένωμαι Κλειτοφῶν. Ἀλλ' οὐ μαλακιστέον, ὁ Σωσθένης ἔφη, δέσποτα, πρὸς τὸ ἔργον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν κόρην ἰτέον αὐτήν. καὶ γὰρ ἂν νῦν ἐρᾷ τοῦ καταράτου τούτου μοιχοῦ· μέχρι μὲν αὐτὸν οἶδεν μόνον, καὶ οὐκ ἐκοινώνηκεν ἑτέρῳ, πάσχει τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτόν· ἂν δ' ἅπαξ ἐπ' αὐτὸν ἔλθῃς, πολλῇ διαφέρεις ἐκείνου εἰς εὐμορφίαν·

bertatis meae desiderium carissimum coniugem meum perditum eat. Agedum igitur, supposititiam personam rursus induam, Lacaenamque me iterum simulabo.

XVII. His auditis Thersander paulum retrocedens, atque ad Sosthenem conversus: Audistine, inquit, non credendum, sed tamen amoris plenum sermonem? ut multa dixit? ut graviter conquesta est? cur se ipsam incusavit? Mihi omnino adulter praefertur. Latro iste, opinor, veneficus etiam est: eum Melite amat, eum amat Leucippe. Utinam ego Clitophon., o Iuppiter, fieri possim! Tum Sosthenes: Haudquaquam, o here, inquit, labori cedendum est: sed potius puella adeunda. Nec vero moveat te, quae flagitiosum adulterum istum nunc diligat: illum enim tamdiu observatura est, quamdiu alterius consuetudine caruerit. Quod si tu in illius locum semel succedas, longe homini pulchritudine antecellis, tum penitus oblivio-

ἐπιλήσεται τέλεον αὐτοῦ. παλαιὸν γὰρ ἔρωτα μαραίνει νέος ἔρως, γυνὴ δὲ μάλιστα τὸ παρὸν φιλεῖ, τοῦ δ' ἀπόντος ἕως καινὸν οὐχ εὗρεν μνημονεύει· προσλαβοῦσα δὲ ἕτερον, τὸν πρότερον τῆς ψυχῆς ἀπήλειψεν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Θέρσανδρος, ἠγέρθη. λόγος γὰρ ἐλπίδος εἰς τὸ τυχεῖν ἔρωτος ἐς πειθὼ ῥάδιος. τὸ γὰρ ἐπιθυμοῦν σύμμαχον, ὃ θέλει λαβὼν, ἐγείρει τὴν ἐλπίδα.

ιη'. Διαλιπὼν οὖν ὀλίγον ἐφ' οἷς πρὸς ἑαυτὴν ἐλάλησεν ἡ Λευκίππη, ὡς μὴ δοκοίη τι κατακούσας τῶν ὑπ' αὐτῆς εἰρημένων, εἰσέρχεται σχηματίσας ἑαυτὸν εἰς τὸ εὐαγωγότερον πρὸς θέαν, ὡς ᾤετο. ἐπεὶ δὲ εἶδεν τὴν Λευκίππην, ἀνεφλέγει τὴν ψυχὴν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ τότε καλλίων γεγονέναι· θρέψας γὰρ ὅλης τῆς νυκτὸς τὸ πῦρ, ὅσον χρόνον ἀπελείφθη τῆς κόρης, ἀνεζωπύρησεν ἐξαίφνης ὕλην λαβὼν εἰς τὴν φλόγα τὴν

ni tradet. Priorem enim flammam novus ignis extrudit: & mulierum ea natura eſt, ut praeſentes maximopere ament, abſentium vero non niſi tantiſper, dum alio carent, reminiſcantur. Itaque ſimulac alter acceſſerit, prior animo prorſus eiicitur. Quibus auditis Therſander excitatus eſt. Quae enim verba optatae rei conſequendae ſpem oſtendunt, credi perfacile ſolent: quod eo fit, quia concupiſcens animi pars, optata re ſibi comite adiuncta, hominem ad ſperandum compellit.

XVIII. Therſander igitur poſt ea, quae ſola ſecum Leucippe locuta fuerat, aliquantiſper immoratus, ne quid exaudiviſſe videretur, vultuque ita, ut ſe tractabiliorem viſum iri ſperabat, compoſito, ad eam tandem ingreſſus eſt. In quam oculos vixdum coniecerat, cum deſiderio totus exarſit, utpote cui longe, quam prius, formoſior eſſe viſa eſt. Ignis enim tota nocte, quo tempore a puella abfuit, enutritus, ipſo puellae adſpectu materiam flam-

θέαν, καὶ μικροῦ μὲν προσπεσὼν περιεχύθη τῇ κόρῃ. Καρτερήσας γοῦν καὶ παρακαθίσας διελέγετο, ἄλλοτε ἄλλα ῥήματα συνάπτων οὐκ ἔχοντα νοῦν. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες, ὅταν πρὸς τὰς ἐρωμένας ζητῶσι λαλεῖν. οὐ γὰρ ἐπιστήσαντες τὸν λογισμὸν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν εἰς τὸ ἐρώμενον ἔχοντες, τῇ γλώττῃ μόνον χωρὶς ἡνιόχου τοῦ λογισμοῦ λαλοῦσιν. Ἅμα οὖν συνδιαλεγόμενος, καὶ ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ, περιέβαλεν, ὡς μέλλων φιλήσειν. ἡ δὲ προϊδοῦσα τῆς χειρὸς τὴν ὁδὸν, νεύει κάτω, καὶ εἰς τὸν κόλπον κατεδύετο. ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον περιβαλὼν, ἀνέλκειν τὸ πρόσωπον ἐβιάζετο. ἡ δὲ ἀντικατεδύετο, καὶ ἔκρυπτεν τὰ φιλήματα. Ὡς δὲ χρόνος ἐγένετο τῇ τῆς χειρὸς πάλῃ, φιλονεικία λαμβάνει τὸν Θέρσανδρον ἐρωτικὴ, καὶ τὴν μὲν λαιὰν ὑποβάλλει τῷ προσώπῳ κάτω, τῇ δὲ δεξιᾷ τῆς κόμης λαβόμενος, τῇ μὲν εἵλ-

mae fuggerente, recanduit ftatim: parumque abfuit, quin procumbens illam amplexaretur. Suftinuit tamen fe paulum, eique affidens alia ex aliis verba, inania plane, inter feque minime cohaerentia, effutire coepit. Id quod amantibus ufu venire folet, fi quando cum amica iis fermonem habere contingit. Neque enim in loquendo mentem adhibent, fed animo in illam intento, ore tantum, ullo abfque rationis moderamine verba inaniter fundunt. Atque inter loquendum brachium collo, tanquam ofculaturus, iniecit. Quod praevidens Leucippe, vultum demifit, in finuque occuluit. Ille autem in complexu nihilominus perftans, puellae ut fuaviandam fe praeberet, inftare: puella contra faciem magis magifque obtegere, ofculaque pernegare. Verum cum luctae huiufmodi temporis fatis datum effet, amatoriae cuiufdam rixae cupiditate incenfus Therfander, laevam manum mento fubdidit, dex-

κεν εἰς τοὐπίσω, τῇ δὲ εἰς τὸν ἀνθερεῶνα ὑπερείδων ἀνώθει. Ὡς δέ ποτε ἐπαύσατο τῆς βίας, ἢ τυχὼν, ἢ μὴ τυχὼν, ἢ καμὼν, λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ Λευκίππη· Οὔτε ὡς ἐλεύθερος ποιεῖς, οὔτε ὡς εὐγενὴς, καὶ σὺ ἐμιμήσω Σωσθένην. ἄξιος ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου. ἀλλὰ ἀπέχου τοῦ λοιποῦ, μηδὲ ἐλπίσῃς τυχεῖν, πλὴν εἰ μὴ γένῃ ΚλειτοΦῶν.

ιθ΄. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Θέρσανδρος οὐκ εἶχεν ὅς τις γένηται. καὶ γὰρ ἤρα, καὶ ὠργίζετο. θυμὸς δὲ καὶ ἔρως δύο λαμπάδες. ἔχει γὰρ καὶ ὁ θυμὸς ἄλλο πῦρ, καὶ ἔστι τὴν μὲν Φύσιν ἐναντιώτατον, τὴν δὲ βίαν ὅμοιον. ὁ μὲν γὰρ παροξύνει μισεῖν, ὁ δὲ ἀναγκάζει Φιλεῖν. καὶ ἀλλήλων πάροικος ἡ τοῦ πυρός ἐστι πηγή. ὁ μὲν γὰρ εἰς τὸ ἧπαρ κάθηται· ὁ δὲ τῇ καρδίᾳ περιβέβληται. ὅταν οὖν ἄμΦω τὸν ἄνθρωπον καταλάβῃ, γίνεται μὲν αὐτοῖς ἡ ψυχὴ τρυτάνη, τὸ δὲ πῦρ ἑκατέ-

tera capillos apprehendit, ac ſumma vi, ut eam alte ſpectare cogeret, trahere orſus eſt. Tandem cum ſive aſſecutus, ſive non, ſeu etiam defeſſus, vim afferre deſiiſſet, Leucippe ad eum: Neque ut liberum, inquit, neque ut generoſum virum decet, facis; ſed Soſthenem ipſe quoque imitaris, dignum plane domino ſervum. Quare deſine iam, neque te quidquam adepturum ſpera, niſi forte in Clitophontem e Therſandro convertaris.

XIX. Quae cum ille audiviſſet, vix ſibi ipſi conſtitit: ita amore atque ira aeſtuabat. Amor autem, atque ira, faces animi duae ſunt: ſuum enim ira ignem habet, amori quidem natura contrarium, potentia vero perſimilem. Nam altera odio, alter benevolentia proſequi cogit. Vicina etiam utriuſque eorum ardoris ſedes eſt: ille enim in iecore, hic in corde inhabitat. Hominem igitur ambo cum occupaverint, animus eius libra quaedam fit, qua utriuſ-

ρου ταλαντεύεται. μάχεται δὲ ἄμφω περὶ τῆς ῥοπῆς· καὶ τὰ πολλὰ μὲν ὁ ἔρως εἴωθεν νικᾶν, ὅταν εἰς τὴν ἐπιθυμίαν εὐτυχῇ· ἢν δὲ αὐτὸν ἀτιμάσῃ τὸ ἐρώμενον, αὐτὸς τὸν θυμὸν εἰς συμμαχίαν καλεῖ· κἀκεῖνος ὡς γείτων πείθεται, καὶ ἀνάπτουσιν ἄμφω τὸ πῦρ. ἂν δὲ ἅπαξ ὁ θυμὸς τὸν ἔρωτα παρ' αὐτῷ λάβῃ, καὶ τῆς οἰκείας ἕδρας ἐκπεσόντα κατάσχῃ, φύσει τε ὢν ἄσπονδος, οὐχ ὡς φίλῳ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν συμμαχεῖ, ἀλλ' ὡς δοῦλον τῆς ἐπιθυμίας πεδήσας κρατεῖ. οὐκ ἐπιτρέπει δὲ αὐτῷ σπείσασθαι πρὸς τὸ ἐρώμενον, κἂν θέλῃ. ὁ δὲ τῷ θυμῷ βεβαπτισμένος καταδύεται, καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἐκπηδῆσαι θέλων, οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος, ἀλλὰ μισεῖν ἀναγκάζεται τὸ φιλούμενον. ὅταν δὲ ὁ θυμὸς καχλάζων γεμισθῇ [1], καὶ τῆς ἐξουσίας

que ignis expenditur. Atque alter alterum impellere conatur. Plerumque autem amor ſuperior evadit, cum ſcilicet, quod concupierat, adipiſcitur. Sin autem negligi ſe animadvertat, iram ſibi auxilio advocat: quae utpote vicina, vocanti praeſto adeſt, unaque tum ambo ignem exſuſcitant. Quod ſi amorem ira ſemel peſſumdet, ac domo ſua, ut natura infida eſt, eiiciat, tantum abeſt, ut ei tanquam amico ad aſſequenda optata opem ferat, ut etiam tanquam ſervum vinculis coërceat; neque cum amato amplius in gratiam, tametſi maxime velit, redire patiatur. Quo fit, ut vi huiuſmodi oppreſſus amor ſuccumbat, propriumque ad imperium reverti cupiens minime poſſit, ſed amatum odiſſe compellatur. At vero ubi ſatis ſuperque ſe ipſam ira excruciaverit, licentiaeque plena

1 Ὅταν δὲ ὁ θυμὸς καχλάζων γεμισθῇ) Sic placuit reponere ex libris vetuſtioribus, cum editio haberet, ὅταν δὲ ὁ θυμὸς κολάζων γεμισθῇ. Quomodo & poſtea in Anglicano ſcriptum offendi. Nec aliter interpres legit: *At vero ubi ſatis ſuperque ſe ipſam ira excruciaverit*. Quae tamen lectio mihi videtur falſa. Hic ſenſus Graece procederet, ſi legeretur, ὅταν δὲ ὁ θυμὸς ἑαυτὸν κολάζων. Sed nec

ἐμφορηθεὶς ἀποβλύσῃ, κάμνει μὲν ἐκ τοῦ κόρου, καμὼν δὲ παρίεται, καὶ ὁ ἔρως ἀμύνεται, καὶ ὁπλίζει τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸν θυμὸν ἤδη καθεύδοντα νικᾷ. ὁρῶν δὲ τὰς ὕβρεις, ἃς κατὰ τῶν φιλτάτων ἐπαρῴνησεν, ἀλγεῖ, καὶ πρὸς τὸ ἐρώμενον ἀπολογεῖται, καὶ εἰς ὁμιλίαν παρακαλεῖ, καὶ τὸν θυμὸν ἐπαγγέλλεται καταμαλάττειν ἡδονῇ [1]. τυχὼν μὲν οὖν ὧν ἠθέλησεν, ἵλεως γίγνεται· ἀτιμούμενος δὲ πάλιν εἰς τὸν θυμὸν καταδύεται. ὁ δὲ καθεύδων ἐξεγείρεται, καὶ τὰ ἀρχαῖα ποιεῖ. ἀτιμίᾳ γὰρ ἔρωτος σύμμαχός ἐστι θυμός.

κ'. Καὶ ὁ Θέρσανδρος οὖν, τὸ μὲν πρῶτον ἐλπίζων εἰς τὸν ἔρωτα εὐτυχήσειν, ὅλος Λευκίππης δοῦλος ἦν·

exundaverit, prae ſatietate tandem aegreſcit, aegreſcensque remittitur. Amor autem vires denuo ſumit, deſideriumque in aciem producens, iram iam dormientem ſede ſua exturbat: dein animo reputans, quam contumelioſe in amatum bacchatus fuerit, moeret, ac ſeſe purgat, iterumque ad familiaritatem invitat, iram voluptate iam deliniendam eſſe pollicens. Voti ergo compos amor miteſcit; neglectus autem irae ſe arbitrio totum permittit. Quae ſi forte ſopita fuerit, excitatur, atque, ut antea, ſaevit. Amoris enim contemtum ira ſemper ulciſcitur.

XX. Therſander igitur initio voti quidem compotem futurum ſe ratus, Leucippae totum ſe dediderat: verum

de ira ſe ipſam excruciante hic ſermo eſt, ſed ſemetipſam exſuperante & exundante. Ergo καχλάζων huic metaphorae proprium, a fluctibus ſe extollentibus & cum ſonitu ſurgentibus deſumtum. Nam ſequitur καὶ ἐμφορηθεὶς ἀποβλύσῃ ab eadem tralatione. Heſychius inter alia καχλάζειν exponit τετάρακται, additque, γέγονε δὲ ἀπὸ τῶν κυμάτων, ἐπαίρεται, φλεγμαίνει.

1 Καταμαλάττειν ἡδονῇ) In editis & Anglicano, καταπαλαίσειν ἡδονῇ. Quae diverſitas lectionum ex gemina ἐκδόσει. Interpres legit etiam καταμαλάττειν. *Iram voluptate iam delinitam eſſe affirmans.* Non hic tamen auctoris ſenſus; ſed, *iram iam deliniendam eſſe promittens*, aut *ſe deliniturum eſſe pollicens.* Ἐπαγγέλλεσθαι eſt *promittere.*

ἀτυχήσας δὲ ὧν ἤλπισεν, ἀφῆκεν τῷ θυμῷ τὰς ἡδονάς. ῥαπίζει δὴ κατὰ κόῤῥης αὐτήν· Ὦ κακόδαιμον ἀνδράποδον, λέγων, καὶ ἀληθῶς ἐρωτικῶν· πάντων γάρ σου κατήκουσα. οὐκ ἀγαπᾷς ὅτι σοι καὶ λαλῶ; καὶ μεγάλην εὐτυχίαν δοκεῖς, τὸν σὸν καταφιλῆσαι δεσπότην; ἀλλὰ καὶ ἀκκίζῃ καὶ σχηματίζῃ πρὸς ἀπόνοιαν. ἐγὼ μέν σε καὶ πεπορνεῦσθαι δοκῶ· καὶ γὰρ μοιχὸν φιλεῖς. ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ θέλεις ἐραστοῦ μου πεῖραν λαβεῖν, πειράσῃ δεσπότου. Καὶ ἡ Λευκίππη· Κἂν τυραννεῖν ἐθέλῃς, κἀγὼ τυραννεῖσθαι, πλὴν οὐ βιάσῃ. Καὶ πρὸς τὸν Σωσθένην ἰδοῦσα· Μαρτύρησον, εἶπεν αὐτῷ, πῶς πρὸς τὰς αἰκίας ἔχω. σὺ γάρ με καὶ μᾶλλον ἠδίκησας. Καὶ ὁ Σωσθένης αἰδεσθεὶς ὡς ἐληλεγμένος· Ταύτην, εἶπεν, ὦ δέσποτα, ξανθῆναι μά-

ubi ſpe fruſtrari ſe animadvertit, conceptarum animo voluptatum oblitus puellam in maxilla percuſſit: Mancipium, inquiens, improbum, atque omni prorſus libidine elatum. Omnia enim de te mihi comperta ſunt. An non igitur boni conſulis, me tecum loqui? an non magnam felicitatem arbitraris, herum tuum ſuaviari? Quin etiam, quod opere maximo expetis, diſſimulas: vultumque ad deſperationem componis. Sed ego te meretriciam vitam hactenus duxiſſe reor, quae adulterum hucuſque ſecuta ſis. At tu quando amicum recipere me negas, dominum iamiam faxo ut experiare. Tum Leucippe: Si tyrannum, inquit, tibi agere cordi eſt, ut potero, feram, modo ne pudicitiam eripias. Atque ad Soſthenem converſa: Teſtare, inquit, etiam tu, quo animo contumelias feram: ſcis enim, maiore a te contumelia me affectam fuiſſe. Tum vero Soſthenes, ut qui manifeſto in noxa iam teneretur, rubore perfuſus: Hanc, o here, inquit, loris eouſque

στίξιν δεῖ, καὶ μυρίαις βασάνοις περιπεσεῖν, ὡς ἂν μάθοι δεσπότου μὴ καταφρονεῖν.

κα΄. Πείσθητι τῷ Σωσθένει, φησὶν ἡ Λευκίππη. συμβουλεύει γὰρ καλῶς. τὰς βασάνους παράστησον, φερέτω τροχὸν, ἰδοὺ χεῖρες, τεινέτω. φερέτω καὶ μάστιγας, ἰδοὺ νῶτος, τυπτέτω. κομιζέτω πῦρ, ἰδοὺ σῶμα, καιέτω. φερέτω καὶ σίδηρον, ἰδοὺ δέρη, σφαζέτω. ἀγῶνα θεάσασθε καινὸν, πρὸς πάσας τὰς βασάνους ἀγωνίζεται μία γυνὴ, καὶ πάντα νικᾷ. Εἶτα Κλειτοφῶντα μοιχὸν καλεῖς, αὐτὸς μοιχὸς ὤν. οὐδὲ τὴν Ἄρτεμιν, εἰπέ μοι, τὴν σὴν φοβῇ; ἀλλὰ βιάζῃ παρθένον ἐν πόλει παρθένου; δέσποινα, ποῦ σου τὰ τόξα; Παρθένος; εἶπεν ὁ Θέρσανδρος. ὦ τόλμης καὶ γέλωτος. παρθένος τοσούτοις συννυκτερεύσασα πειραταῖς. εὐνοῦχοί σοι γεγόνασιν οἱ λῃσταί; φιλοσόφων

caedere oportet, dum tota rubeat, modisque omnibus excruciare, ut herum posthac contemnere desinat.

XXI. Sostheni tuo, inquit Leucippe, Thersander, pare: perbelle enim consulit: ac tormenta, quae lubet, parari iube. Minime certe deerit, quo vestram crudelitatem expleatis, sive manus rota distrahere, sive loris caedere, sive flammis torrere, seu etiam ferro iugulare in animo sit. Novum procul dubio certamen vobis editur. Adversus enim supplicia omnia vel sola femina pugnabit, victrixque discedet. At etiam Clitophontem adulterum vocas, adulter ipse cum sis. Sed heus tu, an non Dianam tuam vereris, virginem in virginis civitate vitiare conatus? Quid tuae nunc, o Dea, sagittae cessant? Te virginem? inquit Thersander. O ridiculam audaciam! virginem te, quae cum piratis etiam de nocte fueris? quid? eunuchine, obsecro, latrones tibi facti sunt? an praedonum

ἦν τὸ πειρατήριον; οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς εἶχεν ὀφθαλμούς;

κβ΄. Καὶ Λευκίππη εἶπεν· Εἰ παρθένος, καὶ μετὰ Σωσθένην, ἐπεὶ πύθου Σωσθένους. οὗτος γὰρ ὄντως γέγονέ μου λῃστής. ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν ὑμῶν μετριώτεροι [1], καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἦν οὕτως ὑβριστής. εἰ δὲ ὑμεῖς τοιαῦτα ποιεῖτε, ἀληθινὸν τοῦτο πειρατήριον, εἶτα οὐκ αἰσχύνεσθε ποιοῦντες, ἃ μὴ τετολμήκασιν οἱ λῃσταί. Λανθάνεις δὲ ἐγκώμιόν μοι διδοὺς πλεῖον διὰ ταύτης σου ἀναισχυντίας· καί τις ἐρεῖ, κἂν νῦν μαινόμενος φονεύσῃς, Λευκίππη, παρθένος μετὰ βουκόλους, παρθένος καὶ μετὰ Χαιρέαν, παρθένος καὶ μετὰ Σωσθένην. ἀλλὰ μέτρια ταῦτα· τὸ δὲ μεῖζον ἐγκώμιον, καὶ μετὰ Θέρσανδρον παρθένος, καὶ τῶν λῃστῶν ἀσελγέ-

receptaculum in philoſophorum ſcholam evaſit? aut ex iis nemo, qui oculos haberet, repertus eſt?

ſet, domo egreſſa in illud ſe recepit. Delubrum vero iſtud liberis mulieribus quondam inacceſſum erat; viris autem & virginibus patebat: cum capitale alioqui haberetur, mulieres ingredi, praeterquam ſervas in ius ab hero vocatas: iis enim ad Deam confugere licebat. Ac tum quidem Archontes inter ancillam, herumque ſententiam ferebant. Si enim ſervam iniuria dominus non affeciſſet, eam rurſum in ſervitutem recipiebat, fugaeque illius memoriam ſe non amplius habiturum iureiurando affirmabat: ſin autem ancillam iuſte queri compertum fuiſſet, tunc ea Deae miniſteriis addicta illic remanebat. Soſtrato igitur ſacerdotem, qui quaeſtionem differri iuberet, ad forum ducente, Leucippe templum ingreſſa eſt, parumque abfuit, quin patri obviam fieret.

XIV. Me vero, ſimulac dimiſſa concione ſolutus ſum,

1 Καὶ ἔρχεται τοῦ νεὼ) Legendum καὶ ἔχεται τοῦ νεώ. Nam ἔρχεται mendoſum. *Salmaſ.* Forte ſuppl. εἴσω.

λυτο μὲν τὸ δικαστήριον, ὄχλος τε ἦν περὶ ἐμὲ καὶ θόρυβος, τῶν μὲν ἐλεούντων, τῶν δὲ ἐπιθειαζόντων, τῶν δὲ ἀναπυνθανομένων. ἔνθα καὶ ὁ Σώστρατος ἐπιστὰς, ὁρᾷ μὲν, καὶ γνωρίζει. καὶ γὰρ, ὡς ἔφην ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων, ἐν Τύρῳ ποτὲ ἐγεγόνει περὶ τὴν τῶν Ἡρακλείων ἑορτὴν, καὶ χρόνου πολλοῦ διατρίψας ἔτυχεν ἐν Τύρῳ, πρὸ πολλοῦ τῆς ἡμετέρας φυγῆς. ὥστε τάχα μου τὴν μορφὴν συνεβάλλετο, καὶ διὰ τὸ ἐνύπνιον φύσει προσδοκῶν [1] εὑρήσειν ἡμᾶς. Προσελθὼν οὖν μοι· Κλειτοφῶν οὗτος, Λευκίππη δὲ ποῦ; Ἐγὼ μὲν οὖν γνωρίσας αὐτὸν, εἰς γῆν κατένευσα· οἱ δὲ παρόντες αὐτῷ διηγοῦντο ὅσα εἶπον κατ' ἐμαυτοῦ· καὶ ὃς ἀνοιμώξας, καὶ κοψάμενος τὴν κεφαλὴν, ἐμπηδᾷ μου τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ μικροῦ δεῖν ἐξώρυξεν αὐτούς.

ingens multitudo circumsepsit: atque alii quidem vicem meam dolebant, nonnulli Deos invocabant, quidam me interrogabant: inter quos adstans ipse quoque Sostratus, ut vidit, me protinus agnovit. Nam, ut initio dictum est, Tyri etiam ipse quondam erat, cum Herculis festus dies ageretur: illicque diu admodum ante fugam nostram commoratus est. Quapropter facile homini fuit me cognovisse, praesertim cum in somnis quoque se nos reperturum admonitus fuisset. Itaque propius me accedens: Hic, mehercule, inquit, Clitophon est. Leucippe vero ubinam? Tum ego, illo agnito, vultum humi defixi: qui aderant, quaecunque contra me ipsum peroraveram, recensuerunt. At ille perquam graviter ingemiscens, caputque percutiens, in oculos mihi involavit, ac propemodum effodit.

1 Καὶ διὰ τὸ ἐνύπνιον φύσει προσδοκῶν) Haud scio, quid hic faciat illud φύσει. Turbat sensum, qui sine eo integer, καὶ διὰ τὸ ἐνύπνιον προσδοκῶν εὑρήσειν ἡμᾶς. Videant acutiores, quid ea vocula faciendum, expungendane sit, an mutanda, an aliquo modo exponenda.

οὐδὲ γὰρ ἐπεχείρουν κωλύειν ἐγὼ, παρεῖχον δὲ τὸ πρόσωπον ἐς τὴν ὕβριν. Ὁ δὲ Κλεινίας προσελθὼν εἶργεν, παρηγορῶν αὐτὸν ἅμα, καὶ λέγων· Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; τί μάτην ἠγρίωσαι κατ' ἀνδρὸς, ὃς μᾶλλόν σου Λευκίππην φιλεῖ; θάνατον οὖν ὑπέστη παθεῖν, ὅτι τεθνάναι ταύτην ἔδοξε. Ἄλλα τε πολλὰ ἔλεγεν, παραμυθούμενος αὐτόν. ὁ δὲ ὠδύρετο καλῶν τὴν Ἄρτεμιν· Ἐπὶ τοῦτό με, δέσποινα, ἤγαγες ἐνταῦθα; τοιαῦτά σου τῶν ἐνυπνίων τὰ μαντεύματα; κἀγὼ μὲν ἐπίστευόν σου τοῖς ὀνείροις, καὶ εὑρήσειν παρά σοι προσεδόκουν τὴν θυγατέρα. καλὸν δέ μοι δῶρον δέδωκας· εὗρον τὸν ἀνδροφόνον αὐτῆς παρὰ σοί. Καὶ ὁ Κλεινίας ἀκούσας τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ἐνυπνίου, περιχαρὴς ἐγένετο, καὶ λέγει· Θάῤῥει, πάτερ, ἡ Ἄρτεμις οὐ ψεύδεται· ζῇ σοὶ Λευκίππη· πίστευσόν μου τοῖς μαντεύμα-

Nec enim resistere homini audebam, quin immo faciem iniuriae praebebam. Sed eius impetum progressus in medium Clinia compressit, illumque redarguens: Quid, inquit, agis? cur tam temere in eum saevis, qui maiore, quam tu, amore Leucippen prosequitur? qui leto sponte se obiecit, propterea quod eam diem obiisse crediderat? Atque alia praeterea multa, quo furorem illius placaret, addidit. Ille autem Dianam identidem invocans, ita fere conquerebatur: An tu hac de causa me huc, Dea, venire voluisti? suntne haec mihi a te in somnis praedicta? Ego quidem certe somniis fidem tuis habui, filiamque me apud te reperturum credidi: ac sane peregregium munus accepi, eius scilicet interfectorem. Tum Clinia, somnii mentione audita, mirum in modum gavisus: Bono, inquit, animo, pater, esto: mendax Dea non erit. Salva utique tibi est, vaticiniis meis mihi crede, Leucippe. Non-

σι. οὐχ ὁρᾷς καὶ τοῦτον, ὡς ἐκ βασάνων νῦν κρεμάμενον ἐξήρπασεν.

ιε΄. Ἐν τούτῳ δὲ ἔρχεταί τις τῶν τοῦ ναοῦ προπόλων ἐπὶ τὸν ἱερέα σπουδῇ μάλα θέων, καὶ λέγει πάντων ἀκουόντων· Κόρη τις ἐπὶ τὴν Ἄρτεμιν ξένη κατέφυγεν. Ἐγὼ μὲν δὴ τοῦτο ἀκούσας ἀναπτεροῦμαι, καὶ τὰ ὄμματα ἀνεγείρω, καὶ ἀναβιοῦν ἠρχόμην. ὁ δὲ Κλεινίας πρὸς τὸν Σώστρατον· Ἀληθῆ μου, πάτερ, εἶπεν, τὰ μαντεύματα. Καὶ ἅμα πρὸς τὸν ἄγγελον εἶπεν· Μὴ καλή; Οὐκ ἄλλην τοιαύτην, ἔφη, μετὰ τὴν Ἄρτεμιν εἶδον. Πρὸς τοῦτο ἐγὼ πηδῶ καὶ βοῶ, Λευκίππην λέγεις. Καὶ μάλα, ἔφη. καλεῖσθαι γὰρ τοῦτο ἔλεγεν αὐτὴν, καὶ πατρίδα Βυζάντιον, καὶ πατέρα Σώστρατον ἔχειν. Ὁ μὲν δὴ Κλεινίας ἀνεκρότησεν παιανίσας· ὁ δὲ Σώστρατος ὑπὸ χαρᾶς κατέπεσεν· ἐγὼ δὲ ἐξάλλομαι μετὰ τῶν δεσμῶν εἰς ἀέρα, καὶ

ne vides, ut hunc etiam e tortorum manibus eripuerit?

XV. Interea aedituorum unus, concitato admodum greſſu ad ſacerdotem veniens, puellam quandam peregrinam ad Dianam confugiſſe, cunctis audientibus, nuntiavit. Qua re cognita ego ſpem concepi, oculos ſuſtuli, ac paene reviviſcere viſus ſum. Clinia vero ad Soſtratum converſus: Vera, inquit, pater, vaticinia mea ſunt. Atque, an formoſa illa eſſet, aedituum rogavit. Cui aedituus: Non aliam, inquit, Diana excepta, formoſiorem vidi. Tum ego laetitia exſultans: Leucippenne, inquam, dicis? Maxime, ait ille. Hoc enim nomine ſe vocari, patriamque ſibi eſſe Byzantium, patrem vero Soſtratum, dixit. Clinia igitur laetabundus plauſum edere coepit, cum Soſtratus interim prae gaudio exanimatus concidiſſet. Ego ſaltu me ad ſidera e vinculis dedi: mox ad templum, tan-

ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὡς ἀπὸ μηχανῆς βληθεὶς ἐπετόμην· οἱ δὲ φυλάσσοντες ἐδίωκον, νομίζοντες ἀποδιδράσκειν, καὶ ἐβόων τοῖς ἐντυγχάνουσιν, λαβέσθαι. ἀλλ᾽ εἶχον οἱ πόδες τότε μου πτερά. μόλις οὖν τινες μαινομένου μου πρὸς τὸν δρόμον λαμβάνονται. καὶ οἱ φύλακες ἅμα παρῆσαν, καὶ ἐπεχείρουν με τύπτειν. ἐγὼ δὲ ἤδη θαρρῶν ἠμυνόμην. οἱ δὲ εἷλκόν με εἰς τὸ δεσμωτήριον.

ιστ΄. Καὶ ἐν τούτῳ παρῆν ὁ Κλεινίας καὶ ὁ Σώστρατος. καὶ ὁ μὲν Κλεινίας ἐβόα· Ποῖ ἄγετε τὸν ἄνθρωπον; οὐκ ἔστιν φονεὺς, ἐφ᾽ ᾗ καταδεδίκασται. Καὶ ὁ Σώστρατος ἐν μέρει ταὐτὰ ἔλεγεν, καὶ ὡς εἴη αὐτὸς τῆς ἀνῃρῆσθαι δοκούσης πατήρ. Οἱ δὲ παρόντες, μαθόντες τὸ πᾶν, εὐφήμουν τε τὴν Ἄρτεμιν, καὶ περιίσταντό με, καὶ ἄγειν εἰς τὸ δεσμωτήριον οὐκ ἐπέτρεπον. οἱ δὲ φύλακες οὐκ εἶναι κύριοι τοῦ μεθεῖναι καταδικασθέντα πρὸς θάνατον ἄνθρωπον ἔλεγον, ἕως ὁ ἱε-

quam tormento aliquo impulſus, convolavi. Cuſtodes, fugam me arripuiſſe putantes, inſequebantur: ac obvios quoſque ad me comprehendendum clamore advocabant. Sed pedibus meis alas additas fuiſſe dixiſſes. Tandem inſanientis more currentem me neſcio qui apprehenderunt, nec manus a me continuerunt. Verum ego audentior iam factus contra niti: illi me ad carcerem ducere pergebant.

XVI. Interea ſacerdos & Clinia praeſto fuerunt. Cliniaque prior: Quo hominem, inquit, ducitis? hic certe caedem, cuius damnatus eſt, nunquam fecit. Soſtratus quoque eadem fere ſingillatim repetebat, eiuſque, quam peremtam putabant, patrem ſe eſſe affirmabat. Qui aderant, cognita re, Dianae numen laudibus extollebant: meque circumſtantes ad carcerem duci vetabant. Cuſtodes autem cum ſibi hominis iam peracti dimittendi ius non

ρεὺς τοῦ Σωστράτου δεηθέντος ἐνηγγυήσατο ἔχειν καὶ παρέξειν εἰς τὸν δῆμον, ὅταν δέῃ. Οὕτω μὲν δὴ τῶν δεσμῶν ἀπολύομαι, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ταχὺ μάλα ἠπειγόμην· καὶ ὁ Σώστρατος κατὰ πόδας, οὐκ οἶδα εἰ τὰ ὅμοια ἐμοὶ χαίρων. Οὐκ ἔστιν δὲ ἄνθρωπος οὕτως δρομικώτατος, ὃν οὐ τῆς μνήμης [1] φθάνει τὸ πτερόν. ἣ καὶ τότε ἡμᾶς ἐπὶ Λευκίππην προὔβαλεν, ἀπαγγέλλουσα πάντα, καὶ τὰ τοῦ Σωστράτου, καὶ τἀμά. ἰδοῦσα δὲ ἡμᾶς, ἐξεπήδησε τοῦ νεώ, καὶ τὸν μὲν πατέρα περιεπτύξατο· τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς εἶχεν ἐπ᾽ ἐμέ. ἐγὼ δὲ εἱστήκειν αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν Σώστρατον, κατέχων ἐμαυτὸν, καὶ ἅπαντα βλέπων εἰς τὸ ἐκείνης πρόσωπον, ἐπ᾽ αὐτὴν ἐκθορεῖν. οὕτως ἀλλήλους ἠσπαζόμεθα τοῖς ὄμμασιν.

esse causarentur, sacerdos, Sostrato orante maxime, sistendi, cum opus esset, mei vas est factus. Itaque vinculis solutus ad Dianae quam ocissime contendi, meaque vestigia Sostratus persecutus est, sed nescio an pari mecum laetitia. Verissimum autem illud esse tum cognovi, nullum reperiri tam celerem cursorem, quem fama non antevertat. Ea enim vehementer properantes festinantesque nos antegressa, Leucippen cum de aliis omnibus, tum de Sostrati adventu, certiorem fecerat. Itaque cum primum nos vidit, e fano exiens patrem quidem complexa est, oculos vero in me convertit: qui licet ob Sostrati praesentiam verecundans, me, quo minus ad illam amplexandam excurrerem, continerem, non tamen ab eius vultu oculos defigere usquam valebam. Ita mutuis nos obtutibus inter nos salutabamus.

1 Μνήμης) Non satisfacit hoc verbum. Emendatio haud poenitenda φήμης, quod verbum in textu ipso commode locum habere potest. Interpretem Latinum non aliter legisse constat, atque ita & scriptum est ad marginem Codicis Bavarici, textu ferente μνήμης cum reliquis. Ibidem in sequenti προὔλαβεν legitur, quod & Commelinus edidit.

ΛΟΓΟΣ ΟΓΔΟΟΣ.

Ἄρτι δὲ ἡμῶν μελλόντων καθέζεσθαι, καὶ περὶ τούτων διαλέγεσθαι, Θέρσανδρος σπουδῇ μάλα, μάρτυρας ἄγων τινὰς, ἔρχεται πρὸς τὸν νεὼ, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ πρὸς τὸν ἱερέα· Μαρτύρομαι, ἔφη, τῶνδε ἐναντίον, ὅτι μὴ δεόντως ἐξαιρῇ δεσμῶν καὶ θανάτου κατεγνωσμένον ἄνθρωπον ἐκ τῶν νόμων ἀποθανεῖν. ἔχεις δὲ καὶ δούλην ἐμὴν, γυναῖκα μάχλον, καὶ πρὸς ἄνδρας ἐπιμανῆ· ταύτην ὅπως μοι φυλάξῃς; Ἐγὼ δὲ πρὸς τὸ, δούλην καὶ γυναῖκα μάχλον, ὑπεραλγήσας τὴν ψυχὴν, οὐκ ἤνεγκα τῶν ῥημάτων τὰ τραύματα, ἀλλ' ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ· Σὺ μὲν οὖν, ἔφην, καὶ τρίδουλος, καὶ ἐπιμανὴς, καὶ μάχλος· αὕτη δὲ καὶ ἐλευ-

LIBER OCTAVUS.

At Therſander, dum nos iam ſeſſuri, atque iis ipſis de rebus inter nos collocuturi eſſemus, concitato admodum greſſu, adductiſque ſecum teſtibus aliquot, fanum ingreſſus eſt; & voce quam maxime contenta ad ſacerdotem converſus: Illud, inquit, his audientibus tibi denuntio, inique a te factum eſſe, qui hominem legibus capite damnatum e vinculis exemeris. Atqui ancillam etiam meam, impudicam illam quidem, & in appetendis viris ad inſaniam uſque effuſam, domi tuae abſcondidiſti: quam quo iure a me liberali cauſa manu aſſerturus ſis, pervelim ſcire. Tum ego & ſervam & impudicam Leucippen vocari audiens, animo vehementiſſime commotus, orationemque tam contumelioſam non ferens, ipſo nondum tacente: Tu quidem, inquam, triſervus, & inſanus, & impudicus; Leu-

θέρα καὶ παρθένος, καὶ ἀξία τῆς θεοῦ. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε, καί Λοιδορεῖς, φήσας, δεσμῶτα καὶ κατάδικε; παίει με κατὰ τῶν προσώπων μάλα βιαίως, καὶ ἐπάγει δευτέραν. οἱ δὲ τῶν ῥινῶν αἵματος ἔῤῥεον κρουνοί. ὅλον γὰρ αὐτοῦ τὸν θυμὸν εἶχεν ἡ πληγή. ὡς δὲ καὶ τρίτην ἀπροφυλάκτως ἔπαισεν, λανθάνει μου τῷ στόματι περὶ τοὺς ὀδόντας προσπταίσας τὴν χεῖρα, καὶ τρωθεὶς τοὺς δακτύλους, μόλις τὴν χεῖρα συνέστειλεν ἀνακραγών. καὶ οἱ ὀδόντες ἀμύνουσι τὴν τῶν ῥινῶν ὕβριν· τιτρώσκουσι γὰρ αὐτοὶ τοὺς παίοντας δακτύλους, καὶ, ἃ πεποίηκεν, ἔπαθεν ἡ χείρ. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τῇ πληγῇ μαλακὸν ἀνακραγὼν συνέστειλε τὴν χεῖρα, καὶ οὕτως ἐπαύσατο. ἐγὼ δὲ ἰδὼν οἷον ἔχει κακὸν, τοῦτο μὲν οὐ προσεποιησάμην· ἐφ᾽ οἷς δὲ ἐτυραννήθην τραγῳδῶν, ἐνέπλησα βοῆς τὸ ἱερόν.

β΄. Ποῦ φύγωμεν ἔτι τοὺς βιαίους; ποῖ καταδρά-

cippe libera eſt, & virgo, & Dea digna. Quibus ille auditis: Tu, igitur, vinctus, inquit, & damnatus, conviciari audes? Et quanta maxima vi potuit, os mihi ſemel atque iterum ita contudit, ut ſanguinis quaſi rivi quidam e naribus manarint. Plaga enim mihi inflicta omnem eius iram oſtendebat. Cum vero etiam tertio me percuſſiſſet, dextram labris imprudenter impactam dentibus illiſit, ac, vulneratis digitis, ingemiſcens manum illico retraxit: ita dentes ſauciata dextra narium iniuriam ulti ſunt, &, quae vulnera manus intulerat, accepit. Atque ille quidem prae vulneris dolore effeminate admodum lugens, manu ad ſe revocata, deinceps vim inferre deſtitit: ego vero digitorum vulnus animadvertiſſe diſſimulans, vimque mihi illatam conquerens, templum clamore complevi.

II. Quonam tandem graſſatorum violentiam fugiemus?

μωμεν; ἐπὶ τίνα θεῶν μετὰ τὴν Ἄρτεμιν; ἐν αὐτοῖς τυπτόμεθα τοῖς ἱεροῖς, ἐν τοῖς τῆς αὐλαίας παιόμεθα χωρίοις. ταῦτα ἐν ἐρημίαις μόναις γίνεται, ὅπου μηδ' εἷς μάρτυς μηδ' ἄνθρωπός τις. σὺ δὲ αὐτῶν ἐν ὄψει τυραννεῖς τῶν θεῶν. καὶ τοῖς μὲν πονηροῖς αἱ τῶν ἱερῶν ἀσφάλειαν διδόασι καταφυγήν· ἐγὼ δὲ μηδένα ἀδικήσας, ἱκέτης δὲ τῆς Ἀρτέμιδος γενόμενος, τύπτομαι παρ' αὐτῷ τῷ βωμῷ, βλεπούσης, οἴμοι, τῆς θεοῦ. ἐπὶ τὴν Ἄρτεμιν αἱ πληγαί. καὶ οὐ μέχρι πληγῶν ἡ παροινία, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν προσώπων τις λαμβάνει τραύματα ὡς ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ, καὶ μεμίανται μὲν τὸ ἔδαφος ἀνθρωπίνῳ αἵματι. τοιαῦτα σπένδει τίς τῇ θεῷ; οὐ βάρβαροι τοῦτο καὶ Ταῦροι, καὶ ἡ Ἄρτεμις ἡ Σκυθῶν; ὁ παρ' ἐκείνοις μόνοις ναὸς οὕτως αἱμάσσεται. τὴν Ἰονίην Σκυθίην πεποίηκας, καὶ ἐν

Quos poſt Dianae numen Deos adibimus? Ipſis in templis vapulamus: ante religioſiſſimas Deorum aras plagae nobis imponuntur. Atqui deſertis tantum in locis, ubi nulli adſint teſtes, facinora huiuſmodi committi ſolent: tu vero coram Diis ipſis regiam poteſtatem exerces. Cumque auguſtae Deorum aedes ſontibus praeſidio eſſe conſueverint; ipſe innocens ac ſupplex, me miſerum, ante aras, ipſa vidente Dea, vulnus accepi. Iam vero quis percuſſiones iſtas Dianae illatas fuiſſe neget? quamquam non iis quidem contenta fuit huius ebrietas; ſed etiam vulnera, qualia in bello atque pugna inferuntur, intulit, humanoque pavimentum ſanguine foedavit. At vero quis Epheſiae unquam Dianae hoc pacto ſacrificavit? Barbarorum ac Taurorum huiuſmodi quidem certe inſtitutum eſt. Apud Scythas Dianae templum eſt: apud quos ſolos Deae huius altaria humano cruore conſpergi receptum eſt. Tu autem; Ionia ut Scythia eſſet, Epheſique idem, qui in Tau-

Ἐφέσῳ ῥεῖ τὰ ἐν Ταύροις αἵματα. λαβὲ καὶ ξίφος κατ᾽ ἐμοῦ. καίτοι τί δέῃ σιδήρου; τὰ τοῦ ξίφους πεποίηκεν ἡ χείρ. ἀνδροφόνος αὐτὴ καὶ μιαιφόνος δεξιὰ τοιαῦτα δέδρακεν, οἷα ἐκ φόνου γίνεται.

γʹ. Ταῦτα μὲν βοῶντος, ὄχλος συνεῤῥύει [1] τῶν ἐν τῷ ἱερῷ παρόντων· οὗτος ἐκάκιζον αὐτόν. καὶ ὁ ἱερεὺς αὐτός· Οὐκ αἰσχύνῃ, τοιαῦτα ποιῶν οὕτως φανερῶς καὶ ἐν τῷ ἱερῷ; Ἐγὼ δὲ τεθαῤῥηκὼς, ταῦτα ἔφην· Ὦ ἄνδρες, πέπονθα, ἐλεύθερός τε ὢν, καὶ πόλεως οὐκ ἀσήμου, ἐπιβουλευθεὶς μὲν εἰς τὴν ψυχὴν ὑπὸ τούτου, σωθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣ τοῦτον ἀπέφηνε συ-

rica insula, cruor manaret, effecisti. Quin igitur gladium etiam in me stringis? quamquam quid ferro opus est, cum gladii munere manus fungatur? cruenta enim & caedibus assueta dextera tua id nunc patravit, quod in occisionibus fieri consuevit.

III. Haec dum ego lamentarer, ab iis, qui in templo erant, concursus ad me factus est: ac nonnulli ex iis hominem increpare coeperunt: quin etiam sacerdos ipse: Non te, inquit, tam aperte haec, in templo praesertim, facere pudet? Quam ob causam ego iam confirmato animo: Hoc equidem, inquam, pacto, viri Ephesii, acceptus sum homo liber, & non obscurae urbis civis. Ab isto enim vitae summum in discrimen adductus perieram plane, nisi patefactis tandem facinorosi hominis calumniis me praesenti suo numine atque auxilio de manibus eius Diana

1 Ὄχλος συνεῤῥύει) Editio prior, cum Anglicano, ὄχλος συνεῤῥύηκεν ἐν τῷ ἱερῷ, οὕτως ἐκάκιζον αὐτόν. In melioribus, ut Florentino, & Regiis, ὄχλος συνεῤῥύη τῶν παρόντων ἐν τῷ ἱερῷ. Legendum mox, οὗτος ἐκάκιζον αὐτόν. Id est, οὗτος ὁ ὄχλος, τὸν Θέρσανδρον ἐκάκιζον. Ἐκάκιζον porro pro ἐκάκιζε, quia vox ὄχλος habet significationem multitudinis. Qua locutione nihil esse tritius Graecis, sciunt Graece periti. Male omnes libri, οὕτως ἐκάκιζον αὐτόν. Posset etiam, οὗτοι ἐκάκιζον αὐτόν. Nempe, οἱ παρόντες.

κοφάντην. καὶ νῦν προελθεῖν με δεῖ, καὶ ἀπονίψασθαι τὸ πρόσωπον ἔξω· μὴ γὰρ ἔνδον τοῦτο ποιήσαιμι ἔγωγε, μὴ καὶ τὸ ἱερὸν ὕδωρ τῷ τῆς ὕβρεως αἵματι μιανθῇ. Τότε μὲν δὴ μόλις ἑλκύσαντες αὐτὸν, ἐξάγουσι τοῦ ἱεροῦ. τοσοῦτον δὲ εἶπεν ἀπιών· Ἀλλὰ τὸ μὲν σὸν ἤδη κέκριται, καὶ ὅσον οὐδέπω πείσῃ δίκην. τὸ δὲ τῆς ψευδοπαρθένου ταύτης ἑταίρας ἡ σύριγξ τιμωρήσεται.

δ'. Ὡς δὲ ἀπηλλάγη ποτὲ, κἀγὼ ἐξελθὼν ἐκάθηρα τὸ πρόσωπον. Τοῦ δὲ δείπνου καιρὸς ἦν, καὶ ὑπεδέξατο ἡμᾶς ὁ ἱερεὺς μάλα φιλοφρόνως. ἐγὼ δὲ εἰς τὸν Σώστρατον ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν οὐκ ἠδυνάμην, συνεὶς οἷα αὐτὸν διετεθείκειν. καὶ ὁ Σώστρατος δὲ τὰς τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶν ἀμύξεις τῶν ἐμῶν, ἃς ἔτυχον ὑπ' αὐτοῦ παθὼν, ἀντησχύνετό με βλέπειν· καὶ ἡ Λευκίππη δὲ τὰ πολλὰ εἰς γῆν ἔβλεπεν. καὶ ἦν ὅλον

eripuiſſet. Nunc mihi e templo exire, faciemque abluere, opus eſt: neque enim id ego hic unquam facere auſim, ne videlicet ſacri latices cruore per contumeliam effuſo polluantur. Interea Therſander, cum vix e delubro nonnulli eum protruderent, huiuſmodi quiddam inter abeundum ſolus ſecum locutus eſt: Tu quidem, quod ad cauſam tuam attinet, iam damnatus es; nec multo poſt de te ſupplicium ſumetur. De ſcorto autem iſto virginitatem ementiente fiſtula iudicium faciet.

IV. Poſteaquam ille abiit, egreſſus ipſe faciem ablui. Cumque accumbendi iam tempus eſſet, a ſacerdote peramanter accepti ſumus. Ego vero eorum, quae in Soſtratum admiſeram, conſcius, oculos in illum palam coniicere non audebam: quod & ipſe praeſentiens, me contueri pariter verecundabatur: Leucippe quoque nihil aliud, quàm terram intuebatur: ita ut convivium prorſus vere-

τὸ συμπόσιον αἰδώς. προϊόντος δὲ τοῦ πότου, καὶ τοῦ Διονύσου κατὰ μικρὸν ἐξιλασκομένου τὴν αἰδῶ· ἐλευθερίας γὰρ οὗτος πατήρ· ἄρχει λόγου πρῶτος ὁ ἱερεὺς πρὸς τὸν Σώστρατον· Τί οὐ λέγεις, ὦ ξένε, τὸν περὶ ὑμᾶς μῦθον ὅστις ἐστίν; δοκεῖ γάρ μοι περιπλοκάς τινας ἔχειν οὐκ ἀηδεῖς. οἴνῳ δὲ μάλιστα πρέπουσιν οἱ τοιοῦτοι λόγοι. Καὶ ὁ Σώστρατος προφάσεως λαβόμενος ἀσμένως· Τὸ μὲν κατ' ἐμὲ λόγου μέρος ἁπλοῦν, εἶπεν, ὅτι Σώστρατος ὄνομα, Βυζάντιος τὸ γένος, τούτου θεῖος, πατὴρ ταύτης. τὸ δὲ λοιπὸν, ὅπερ ἐστὶ μῦθος, λέγε, τέκνον Κλειτοφῶν, μηδὲν αἰδούμενος. καὶ γὰρ εἴ τι μοὶ συμβέβηκε λυπηρὸν, μάλιστα μὲν οὖν οὐ σόν ἐστιν, ἀλλὰ τῆς τύχης. ἔπειτα τῶν ἔργων παρελθόντων [1] ἡ διήγησις τὸν οὐκ ἔτι πάσχοντα ψυχαγωγεῖ μᾶλλον, ἢ λυπεῖ.

cundum effet. Tandem, procedente potu; Bacchoque pudorem fenfim amovente, is enim libertatis auctor eft, primus ad Softratum converfus facerdos: Quin igitur, inquit, o hofpes, rerum veftrarum, cuiufmodi tandem eae fint, feriem narras? mihi fane non infuaves quafdam ambages continere in fe videtur: praeterea vino fermones huiufmodi maxime conveniunt. Tum Softratus, loquendi occafione illinc fumta: Quod quidem, inquit, ad me attinet, leve admodum eft. Softrato mihi eft nomen, patria Byzantium, atque adolefcentis quidem iftius patruus, puellae autem pater fum. Cetera, utut funt, tu, mi Clitophon, metu omni prorfus abiecto, effare. Nam fi quid mihi acerbi evenit, non tibi, fed fortunae tribuendum eft. Ad haec, praeteritorum malorum commemoratio tantum abeft, ut eum, qui evafit, moerore afficiat, ut etiam vehementer oblectet.

1 Παρελθόντων) Vulgo: προελθόντων, quod, praeeuntibus libris ipfoque fenfu iubente, correximus in παρελθόντων. Ad fenfum Virgil. Aen. I, 217: *forfan & haec olim meminiffe iuvabit.*

έ. Κἀγὼ πάντα τὰ κατὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἀπὸ Τύρου διηγοῦμαι, τὸν πλοῦν, τὴν ναυαγίαν, τὴν Αἴγυπτον, τοὺς βουκόλους, τῆς Λευκίππης τὴν ἀπαγωγὴν, τὴν παρὰ τῷ βωμῷ πλαστὴν γαστέρα, τὴν Μενελάου τέχνην, τὸν ἔρωτα τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὸ Χαιρέου φάρμακον, τὴν τῶν λῃστῶν ἁρπαγὴν, καὶ τὸ τοῦ μηροῦ τραῦμα, καὶ ἔδειξα τὴν οὐλήν. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν Μελίττην ἐγενόμην, ἐξῆρον τὸ πρᾶγμα ἐμαυτοῦ πρὸς σωφροσύνην μεταποιῶν, καὶ οὐδὲν ἐψευδόμην· τὸν Μελίττης ἔρωτα, καὶ σωφροσύνην τὴν ἐμὴν, ὅσον ἐλιπάρησε χρόνον, ὅσον ἀπέτυχεν, ὅσα ἐπηγγείλατο, ὅσα ὠδύρετο· τὴν ναῦν διηγησάμην, τὸν εἰς Ἔφεσον πλοῦν, καὶ ὡς ἄμφω συνεκαθεύδομεν, καὶ, μὰ ταύτην τὴν Ἄρτεμιν, ὡς ἀπὸ γυναικὸς ἀνέστην γυνή· ἓν μόνον παρῆκα τῶν ἐμαυτοῦ δραμάτων, τὴν μετὰ ταῦτα πρὸς Μελίττην αἰδῶ. ἐπεὶ καὶ τὸ δεῖπνον εἶπον, καὶ ὡς ἐμαυ-

V. Tum ego, quae mihi poſtea, quam Tyro profugi, evenerunt, ſingula ordinatim recenſui, navigationem ſcilicet, naufragium, Aegyptum, paſtores, Leucippes raptum, fictum apud aram uterum, Menelai calliditatem, amorem ductoris militum, Chaereae medicinam, piratarum rapinam, vulnus femoris, cuius tum quoque cicatricem oſtendi. Ubi vero ad Meliten ventum eſt, quaecunque mihi agere contigit, quanta maxima potui modeſtia, mendacioque nullo penitus intermixto, narravi. Ac primum quidem Melites amorem, continentiamque meam: deinde quamdiu me illa oraverit, quamdiu illam ipſe lactaverim: tum quaecunque locuta, quaecunque conqueſta eſt omnia: praeterea quae in navi, dum Alexandria Epheſum proficiſceremur, acta ſunt, nempe ut ſimul ambo cubueramus, egoque ab illa, per Dianam! tanquam a muliere mulier, ſurrexeram: poſtremo meam omnem erga illam obſervan-

τοῦ κατεψευσάμην. καὶ μέχρι τῆς θεωρίας τὸν λόγον συνεπέρανα. καὶ, τὰ μὲν ἐμὰ ταῦτα, ἔφην. τὰ δὲ Λευκίππης τῶν ἐμῶν μείζονα. πέπραται, δεδούλευκεν, γῆν ἔσκαψεν, σεσύληται τῆς κεφαλῆς τὸ κάλλος. τὴν κουρὰν ὁρᾷς. καὶ καθ' ἕκαστον ὡς ἐγένετο διεξῄειν. κἂν τῷδε κατὰ τὸν Σωσθένην καὶ Θέρσανδρον γενόμενος, ἐξῆρον καὶ τὰ αὐτῆς ἔτι μᾶλλον ἢ τἀμὰ, ἑτέρως αὐτῇ χαριούμενος ἀκούοντος τοῦ πατρός· ὡς πᾶσαν αἰκίαν ἤνεγκεν εἰς τὸ σῶμα καὶ ὕβριν, πρὶν μιᾶς· ὑπὲρ δὲ ταύτης τὰς ἄλλας πάσας ὑπέστη· καὶ ἔμεινε, πάτερ, τοιαύτη μέχρι τῆς παρούσης ἡμέρας, οἵαν αὐτὴν ἐξέπεμψας ἀπὸ Βυζαντίου. καὶ οὐκ ἐμὸν τοῦτο ἐγκώμιον, ὅτι φυγὴν ἑλόμενος οὐδὲν ἔδρασα, ὑπὲρ ὧν ἔφυγον· ἀλλ' αὐτῆς, ὅτι καὶ ἐν μέσοις λῃσταῖς ἔμεινε

tiam, coenam item, falſamque mei accuſationem, & cetera omnia ad Soſtrati uſque adventum perſpicue ac diligenter, unico tantum facto meo praetermiſſo, exſecutus ſum. Atque: Haec quidem, inquam, de me quae dicerem, habui. Leucippes autem facta meis multo maiora ſunt: ſervivit enim, terram fodit, capitis decus, id quod tonſura ipſa declarat, amiſit. Unumquodque deinde, ſicuti actum fuerat, ita verbis extuli, ut, cum de Soſthene Therſandroque facienda eſſet mentio, accuratius longe, quam de me, omnia recenſuerim: illud etiam alioqui ſpectans, ut puellae ipſi, patre praeſertim audiente, rem gratam facerem. Aerumnas enim contumeliaſque omnes, inquam, una dumtaxat excepta, perpeſſa eſt. Et propter hanc unam, iſtas omnes ſuſtinuit, intactaque, optime pater, uti Byzantio diſceſſerat, in hanc uſque diem permanſit. Neque vero iſtud laudi mihi dari velim, qui fuga arrepta nihil eorum, ob quae fugiebam, conſecutus ſum; ſed ipſi potius, quae, inter piratas etiam, integram ſe ca-

παρθένος, καὶ τὸν μέγαν ἐνίκησε λῃστήν· Θέρσανδρον λέγω, τὸν ἀναίσχυντον, τὸν βίαιον. ἐφιλοσοφήσαμεν, πάτερ, τὴν ἀποδημίαν. ἐδίωξε γὰρ ἡμᾶς ἔρως, καὶ ἦν ἐραστοῦ καὶ ἐρωμένης φυγή· ἀποδημήσαντες γεγόναμεν ἀλλήλων ἀδελφοί. εἴ τις ἄρα ἐστὶν ἀνδρὸς παρθενία, ταύτην ἐγὼ μέχρι τοῦ παρόντος πρὸς Λευκίππην ἔχω. ἡ μὲν γὰρ ἤρα ἐκ πολλοῦ τοῦ τῆς Ἀρτέμιτος ἱεροῦ. δέσποινα Ἀφροδίτη, μὴ νεμεσήσῃς ἡμῖν ὡς ὑβρισμένη. οὐκ ἠθέλομεν ἀπάτορα γενέσθαι τὸν γάμον. πάρεστιν οὖν ὁ πατήρ· ἧκε, καὶ σὺ εὐμενὴς ἡμῖν ἤδη γενοῦ. Ταῦτα ἀκούσαντες, ὁ μὲν ἱερεὺς ἐκεχήνει, θαυμάζων ἕκαστον ἐμῶν λεγομένων· ὁ δὲ Σώστρατος καὶ ἐπεδάκρυεν, εἴ ποτε τὸ κατὰ Λευκίππην ἐγεγόνει δράμα. καὶ ἐπεί [ποτε] ἐπαυσάμην· Τὰ μὲν ἡμέτε-

ſtamque ſervavit, & piratarum omnium maximi, Therſandri ſcilicet inverecundi, atque audacis, violentiae reſtitit. Nos vero, & conſulto quidem, navigationem ſuſcepimus, pater: verum ad id amoris nimia vi compulſi fuimus, ut merito illa mutuo amantium fuga dici poſſit. Quin immo fratres ambo una in itinere facti ſumus, virginitatemque ipſi meam, ſi qua viris virginitas ineſt, impollutam adhuc, quemadmodum Leucippe, ſervo, quandoquidem ipſam quoque Dianae cultui iampridem addictam eſſe perdidiceram. At tu, o hera Venus, ne nobis tanquam neglecta ſuccenſeas. Abſente patre nuptias facere noluimus. Ille nunc hic adeſt: quare adſis tu quoque nobis iam tandem propitia. Quae cum illi audiviſſent, ſacerdos quidem prae admiratione obſtupefactus eſt: Soſtratus vero tamdiu lacrimas profudit, quamdiu de Leucippes incommodis actum fuit. Poſteaquam dicendi a me finis eſt factus: Caſus equidem, inquam ego, noſtros re-

ρα, εἶπον, ἠκούσατε· ἓν δὲ αἰτῶ κἀγὼ μαθεῖν παρά σου, ἱερεῦ, μόνον· τί ποτέ ἐστιν, ὃ τελευταῖον ἀπιὼν ὁ Θέρσανδρος κατὰ Λευκίππης προσέθηκε, σύριγγα εἰπών; Ἀλλὰ σύ τε, ἔφη, καλῶς ἀνήρου. καὶ γὰρ εἰδότας ἡμᾶς τὰ περὶ τὴν σύριγγα τοῖς παροῦσιν ὅμως ἁρμόσασθαι προσήκει. κἀγὼ τὸν σὸν ἀμείψομαι μῦθον εἰπών.

στʹ. Ὁρᾶς τοῦτο τὸ ἄλσος τὸ κατόπιν τοῦ νεώ. ἐνθάδε ἐστὶν σπήλαιον ἀπόρρητον γυναιξὶν, καθαραῖς δὲ εἰσελθούσαις οὐκ ἀπόρρητον παρθένοις. ἀνάκειται δὲ σύριγξ, ὀλίγον ἔνδον τῶν τοῦ σπηλαίου θυρῶν. εἰ μὲν οὖν τὸ ὄργανον καὶ παρ' ἡμῖν ἐπιχωριάζει τοῖς Βυζαντίοις, ἴστε ὃ λέγω. εἰ δὲ ἄρα τις ὑμῶν ἧττον ὡμίλησεν ταύτῃ τῇ μουσικῇ, φέρε καὶ οἷόν ἐστιν εἴπω, καὶ σὺν ταύτῃ τοῦ Πανὸς πάντα μῦθον. Ἡ σύριγξ αὐλοὶ μέν εἰσι πολλοὶ, κάλαμοι δὲ τῶν αὐλῶν ἕκαστος. αὐλοῦσι δὲ

censui omnes: nunc unum ipse quoque, o sacerdos, audire pervelim: nempe quid illud sit, quod postremo abiens Thersander Leucippae interminatus est, fistulae mentione facta. Tum ille: Recte sane, inquit, rogas. Aequum enim est, ut, qui rem hanc, uti se habet, scimus, vos edoceamus. Ego vero parem tibi me gratiam relaturum esse promitto.

VI. Videsne igitur, inquit ille, nemus post templum? In eo spelunca est, mulieribus quidem inaccessa: virginibus autem nequaquam. Paulo intra eius ostium fistula suspensa est: quod instrumenti genus si apud vos Byzantios in usu est, iam, quid dicam, intelligitis: sin autem e vobis aliquis est in hisce musicis minus versatus, ei ego, quale id sit, Panisque omnem etiam fabulam, quatenus ad id pertinet, enarrabo. Fistula pluribus e tibiis compacta est: quae singulae singulis ex arundinibus con-

οἱ κάλαμοι πάντες, ὥσπερ αὐλὸς εἷς. σύγκεινται δὲ στιχηδὸν ἄλλος ἐπ' ἄλλον ἡνωμένος. τὸ πρόσωπον ἰσοστάσιον καὶ τὸ νῶτον. καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων βραχὺ μικρῷ λειπόμενοι, τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον [1],

ftanr. Atque arundines ipfae omnes perinde ac tibia una fonum edunt: inter feque ita collocatae funt, ut altera alteri ordinatim adhaereat. Facies anterior pofteriori fimilis habetur. Quoniam autem arundinum aliam alia excedit, illud fcire oportet, altero ex capite quanto pri-

1 *Λειπόμενοι τούτων, μείζων ὁ μετὰ τοῦτον*) Haec verba hic inferuimus ex veteribus libris, quae non habentur in editione. Sed nec in Anglicano hoc loco comparent. Exftant quidem paulo poft, linea fequenti. Et videntur inde poffe abeffe. Locus omnino perturbatior. Sic legitur in Anglicano, ut in editis: καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων βραχὺ μικρῷ λειπόμενοι τούτων, καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου, καὶ μείζων ὁ μετὰ τοῦτον· τρίτος καὶ κατὰ λόγον. οὕτως ὁ λοιπός. In editis tamen alia eft interpunctio in his ultimis, καὶ μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος, καὶ κατὰ λόγον. Verba haec ita fcripta, ut ea exhibent Palatinus & Anglicanus, vix fenfum habent. Ideo in melioribus libris poft illa, λειπόμενοι τούτων, fequuntur ifta, μείζων ὁ μετὰ τοῦτον. Quae voces cum paulo poft repetantur, videntur fuo loco haud pofitae, ac ex ea fede in iftam transferendae. Sic igitur totus locus conftituendus & ordinandus, mutatis interpunctionibus: καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων βραχὺ μικρῷ λειπόμενοι, τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ τρίτος, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορός. Incipit in fiftula defcribenda a minimis calamis, & procedit ad maiores. Contra alii auctores a maioribus incipiunt, & progrediuntur ad minimos. Pollux: Σύριγξ, αὐλοὶ πολλοί, ἕκαστος κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑκάστῳ ὑπολήγοντες εἰς τὸν ἐλάχιστον ἀπὸ τοῦ μεγάλου. Tibullus:

Fiftula cui femper decrefcit arundinis ordo.

Tatius hic dicit, fiftulae femper accrefcere ordinem arundinis. *Quaecunque*, inquit, *arundinum paulo ceteris breviores funt, in his maior eft, quae fequitur, id eft, quae fecundo loco eft, longior eft, quam quae primo. Et quae poft fecundam fequitur, in tantum longior eft, quam tertia fecunda maior habetur.* Hoc fonant Graeca verba, ut & fupra propofuimus. Nondum tamen fatis fana videntur Quid eft enim dicere, qui poft fecundum eft calamus, tanto longior eft fecundo, quantum tertius fecundum magnitudine fuperat? Nonne ὁ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ idem, quod ὁ τρίτος κάλαμος; Idem eft igitur, ac fi dixiffet, tertius calamus in tantum longior eft fecundo, quantum fecundus eft brevior tertio. Quod eft ineptum. Sic igitur pu-

καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος, καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἶσον ἔχων [1], τὸ δὲ ἔσω μέσον ἐστὶ τῷ περιττῷ. αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης τάξεως, ἡ τῆς ἁρμονίας διανομή. τὸν μὲν γὰρ ὀξύτατον ἄνω, καὶ ὅσον εἰς τὸ κάτω πρῶτον βαρὺ,

mam secunda superat, tanto secundam a tertia superari, ceterasque deinceps proportionem eandem sequi: ex altero vero capite aequales illas inter se omnes esse: quae omnium media est, ea longiore dimidio minor est. Eo autem ordine dispositae arundines fuerunt, ut aequalis effici concentus posset. Nam cum acutissimus sonus in sublime admodum feratur, gravissimus autem contra depri-

to distinguendum: *καὶ ὅσοι εἰσὶ τῶν καλάμων μικρῷ λειπόμενοι, τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ ἐπὶ τῷ δευτέρῳ τοσοῦτον, ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ τρίτος.* Ubi potest etiam legi, *ὅσον ὁ τοῦ δευτέρου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος.* Quae repetitio non est ingrata. Idem est igitur, ac si dixisset, & poterat quidem ita brevius haec concipere, *τούτων μείζων ὁ μετὰ τοῦτον δεύτερος, τοσοῦτον ὅσον τοῦ δευτέρου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον τρίτος.* Turbant tamen adhuc illa *ἐπὶ τῷ δευτέρῳ*, quae accipi possunt pro tertio, id est, pro eo, qui post secundum est, vel a secundo. Alias, ut ea hic accipimus, qui post primum sequitur, *ὁ μετὰ πρῶτον*, is est, qui *ἐπὶ δευτέρῳ*, hoc est, *ἐν τῷ δευτέρῳ τόπῳ.* Sed hoc durum est. Omnino puto corrupisse locum imperitos, cum scripsisset auctor *ἐπιδεύτερος*, hoc modo: *τούτου μείζων ὁ μετὰ τοῦτον, καὶ ἐπιδεύτερος.* Sic supra locum corruperant, *ἐπιδεύτερα φερόμενοι*, proque eo reposuerant, *ἐπὶ τὰ δεύτερα.* Recte interpres reddidit, *altero ex capite quanto primam secunda superat, tanto secundam a tertia superari, ceterasque deinceps proportionem eandem sequi.*

1 *Ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἶσον ἔχων*) Editio Palatina cum Anglicano Codice, *ἶσον ἔχει.* Ceteri *ἔχων.* Parum refert, utram sequaris. Sed non minimum, ut *ἄνισον* legatur, pro *ἶσον*, ita sententia loci flagitante. Dicit, ita compositos esse calamos fistulae, ut semper longior sequatur breviorem. Tanto enim longiorem esse secundum primo, quantum tertius longior est secundo. Deinde addit, *καὶ κατὰ λόγον οὕτως ὁ λοιπὸς τῶν καλάμων χορὸς ἕκαστον τοῦ πρόσθεν ἄνισον ἔχων.* Si enim secundus longior primo, secundo tertius, quomodo iuxta hanc proportionem fistula singulos inter se habere calamos pares possit? Immo dispares. Ergo legendum, *ἕκαστον ἄνισον ἔχων τοῦ πρόσθεν*, non *ἶσον.*

κατὰ κέρας ἑκάτερον ὁ ἄκρος ἔλαχεν αὐλός· τὰ δὲ μεταξὺ τῶν ἄκρων τοῦ ῥυθμοῦ διαστήματα· πάντες οἱ μεταξὺ κάλαμοι ἕκαστος ἐπὶ τὸν πέλας τὸ ὀξὺ καταφέρων ἐς τὸ τελευταῖον συνάπτει βαρεῖ [1]. ὅσα δὲ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς αὐλὸς ἐντὸς λαλεῖ, τοσαῦτα καὶ ὁ τοῦ Πανὸς ἐν τοῖς στόμασιν αὐλεῖ. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οἱ δάκτυλοι κυβερνῶσι τὰ αὐλήματα· ἐνταῦθα δὲ τοῦ τεχνίτου τὸ στόμα μιμεῖται τοὺς δακτύλους. κἀκεῖ μὲν κλείσας ὁ αὐλητὴς τὰς ἄλλας ὀπὰς, μίαν ἀνοίγει μόνην, δι' ἧς τὸ πνεῦμα καταῤῥεῖ· ἐνταῦθα δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἐλευθέρους ἀφῆκεν καλάμους, μόνον δὲ τὸ χεῖλος ἐπιτίθησιν, ὃν ἂν ἐθέλῃ μὴ σιωπᾶν. μεταπηδᾷ τε ἄλλοτε ἐπ' ἄλλον, ὅπου ποτ' ἂν εἴη τοῦ κρούματος ἡ ἁρμονία κα-

matur, amboque extremas arundines, alter alteram scilicet, sortiti sint, interiacentes alias, quae vocum intervalla moderarentur, constitui necesse fuit. Illae enim sonos impares, sed tamen pro rata portione distinctos nactae, acutaque cum gravibus temperantes, in causa sunt, ut extremae inter se congruant sic, uti aequalis demum concentus efficiatur. Porro fistula haec, si ori eam quis admoveat, eadem prorsus, quae Palladis tibia, refert: verum hic digiti modos temperant, illic os manum imitatur: hic tibicen foramina omnia, uno dumtaxat excepto, per quod spiritus exeat, obturat; illinc arundines alias omnes liberas relinquit, uni tantum, quam quidem sonum edere velit, os admovet: qua deinde omissa, ad aliam atque aliam, prout ad suaviorem cantum edendum

1 Ἐς τὸ τελευταῖον συνάπτει βαρεῖ) Ita edidimus, ut etiam est in editione, quamvis eam lectionem censeamus corruptam. Scripti Codices habent omnes, ἐς τὸν τῷ τελευταίῳ συνάπτει βαρεῖ. Ex quo faciendum putarim, ἕς τε τῷ τελευταίῳ συνάπτει βαρεῖ, *donec ultimo acuto ea intervalla sonorum connectat*; vel etiam, ἕς τ' ἂν τῷ τελευταίῳ συνάπτῃ βαρεῖ.

λή. οὕτως αὐτῷ περὶ τοὺς αὐλοὺς χορεύει τὸ στόμα. Ἦν δὲ ἡ σύριγξ, οὔτε αὐλὸς ἀπ' ἀρχῆς, οὔτε κάλαμος· ἀλλὰ παρθένος εὐειδὴς οἵαν εἶχεν κρίνειν. ὁ Πὰν οὖν ἐδίωκεν αὐτὴν δρόμον ἐρωτικὸν, τὴν δὲ ὕλη τις δέχεται δασεῖα φεύγουσαν. ὁ δὲ Πὰν κατὰ πόδας εἰσθορῶν, ὤρεγε τὴν χεῖρα ὡς ἐπ' αὐτήν. καὶ ὁ μὲν ᾤετο τεθηρακέναι, καὶ ἔχεσθαι τῶν τριχῶν· καλάμων δὲ κόμην εἶχεν ἡ χείρ. τὴν μὲν γὰρ εἰς γῆν καταδῦναι λέγουσιν· καλάμους δὲ τὴν γῆν ἀντ' αὐτῆς τεκεῖν· τέμνει δὲ τοὺς καλάμους ὑπὸ ὀργῆς ὁ Πὰν, ὡς κλέπτοντας αὐτοῦ τὴν ἐρωμένην. ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα οὐκ εἶχεν εὑρεῖν, εἰς τοὺς καλάμους δοκῶν λελύσθαι τὴν κόρην, ἔκλαιε τὴν τομὴν, νομίζων τεθνηκέναι τὴν ἐρωμένην. συμφορήσας οὖν τὰ τετμημένα τῶν καλάμων ὡς μέλη τοῦ σώματος, καὶ συνθεὶς εἰς ἓν σῶμα, εἶχε διὰ χειρῶν τὰς τομὰς τῶν καλάμων καταφιλῶν, ὡς τῆς κόρης

fieri par eſt, tranſilit. Eoque pacto circum arundines ei os tripudiat. Ac fuit quidem tempus, cum fiſtula haec neque tibia, neque arundo erat, ſed virgo, ſupra quam quis iudicare poſſit, formoſa: quae cum ſui amore captum Panem Deum fugeret, denſiſſimam in ſilvam ſeſe recepit. Pan vero veſtigiis conſecutus, puellae manum tandem iniecit: cumque capillis comprehenſam illam tenere ſe arbitraretur, arundinum pro coma frondes apprehendiſſe comperit, quas abſorptae terrae diſceſſu puellae loco enatas aiunt. Has igitur, utpote quae amicam ſibi ſuam eripuiſſent, irae impotentia devictus, ſuccidit. Verum puella, quam in arundines mutatam putabat, minime inventa, facti conſcientia commotus, quod amicam leto ſe dediſſe crederet, ingemuit, diſſectaſque arundines, tanquam virginis membra eſſent, colligens, atque in unum componens, manibus continere, ac diſſuaviari perrexit. Ita

τραύματα. ἔστενε δ' ἐρωτικὸν ἐπιθεὶς τὸ στόμα, καὶ ἐνέπνει ἄνωθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς ἅμα φιλῶν. τὸ δὲ πνεῦμα διὰ τῶν ἐν τοῖς καλάμοις στενωπῶν καταῤῥέον, αὐλήματα ἐποίει, καὶ ἡ σύριγξ εἶχε φωνήν. Ταύτην οὖν τὴν σύριγγά φασι ἀναθεῖναι μὲν ἐνθάδε τὸν Πᾶνα, περιορίσαι δὲ εἰς σπήλαιον αὐτὴν, θαμίζειν τὲ αὐτὸν τῇ σύριγγι, καὶ συνήθως αὐλεῖν. χρόνῳ δὲ ὕστερον χαρίζεται τὸ χωρίον τῇ Ἀρτέμιδι, συνθήκας ποιησάμενον πρὸς αὐτὴν, μηδεμίαν ἐκεῖ καταβαίνειν γυναῖκα. ὅταν οὖν αἰτίαν ἔχῃ τις οὐκ εἶναι παρθένον, προπέμπει μὲν αὐτὴν ὁ δῆμος μέχρι τῶν τοῦ σπηλαίου θυρῶν· δικάζει δὲ ἡ σύριγξ τὴν δίκην. ἡ μὲν γὰρ παῖς εἰσέρχεται κεκοσμημένη μόνῃ στολῇ [1] τῇ νενομισμένῃ, ἄλλος δὲ ἐπικλείει τὰς τοῦ σπηλαίου θύρας. κἂν μὲν ᾖ παρθέ-

dum amatorie lamentatur, ipsisque arundinum sectionibus, quasi puellae vulneribus, suspirans oscula infert, spiritus calamos intravit, perque angustias eorum means sonum edidit: atque hoc pacto fistula vocem nacta est: quam deinceps a Pane in spelunca illa collocatam conclusamque fuisse, Deum autem ipsum illo frequenter venire, ac de more canere solitum, constans fama est. Per tempora vero posteriora gratiam a Diana se inituros arbitrati regionis huiusce incolae, fistulam ei consecraverunt, pactione facta, non nisi virgines ad eam descendere se passuros. Quamobrem cum in violati pudoris suspicionem virgo aliqua venit, eam populus ad speluncae usque fores comitatur, ut fistulae iudicium subeat. Quod quidem huiusmodi est. Nam quae stupri suspecta est, stolam ad id rite comparatam induta in antrum descendit. Cuius postes ab uno aliquo statim obserantur: ac tum quidem, si ea virgo adhuc sit, dulcis

1 Μόνῃ στολῇ) Μόνῃ ortum videtur e fine antec. κεκοσμημένη· vel ita transponendum: εἰσέρχεται μόνη, κεκοσμ.

νος, λιγυρόν τι μέλος ἀκούεται καὶ ἔνθεον, ἤτοι τοῦ τόπου πνεῦμα ἔχοντος μουσικὸν εἰς τὴν σύριγγα ταμεῖον, ἢ τάχα καὶ ὁ Πὰν αὐτὸς αὐλεῖ. μετὰ δὲ μικρὸν αὐτόμαται μὲν αἱ θύραι ἀνεῴχθησαν τοῦ σπηλαίου· ἐκφαίνεται δὲ ἡ παρθένος ἐστεφανωμένη τὴν κεφαλὴν πίτυος κόμαις. ἐὰν δὲ ᾖ τὴν παρθενίαν ἐψευσμένη, σιωπᾷ μὲν ἡ σύριγξ, οἰμωγὴ δέ τις ἀντὶ μουσικῆς ἐκ τοῦ σπηλαίου πέμπεται, καὶ εὐθὺς ὁ δῆμος ἀπαλλάττεται, καὶ ἀφίησιν ἐν τῷ σπηλαίῳ τὴν γυναῖκα. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ παρθένος ἱέρεια τοῦ τόπου παρελθοῦσα, τὴν μὲν σύριγγα εὑρίσκει χαμαὶ, τὴν δὲ γυναῖκα οὐδαμοῦ. Πρὸς ταῦτα παρασκευάσασθαι πῶς ἂν αὐτοὶ σχῆτε τύχης, καὶ σύνετε. εἰ μὲν γάρ ἐστι παρθένος, ὡς ἔγωγε βουλοίμην, ἄπιτε χαίροντες τῆς σύριγγος τυχόντες εὐμενοῦς· οὐ γὰρ ἄν ποτε ψεύσαιτο τὴν κρίσιν· εἰ δὲ μὴ, αὐτοὶ γὰρ ἴστε οἷα εἰκὸς

quidam ac paene divinus ſonus exauditur: ſive quod canorum ſpiritum intra calamos reconditum locus ille habeat, ſive quod Pan forte ipſe canat. Nec multo poſt antri valvae ſponte recluduntur, virgoque pineis frondibus redimita conſpicitur. Si autem virginem ſe mentita fuerit, pro fiſtulae cantu fletum quendam ſpelunca emittit. Populus itaque, relicta inibi muliere, confeſtim abit: virgo autem loci eius antiſtita tertio demum die ſpeluncam ingreſſa, fiſtulam quidem humi delapſam, mulierem vero nuſquam reperit. Id vobis diſcriminis ſubeundum erit: cuius qui exitus futurus ſit, etiam atque etiam cogitate. Ac ſi viri adhuc expers Leucippe eſt, id quod ipſe ſane pervelim, alacres periculum facite, propitiam vobis fiſtulam habituri, cuius iudicium nemini unquam fraudi fuit. Sin minus; vos enim ſcire debetis, quam multa veriſimile ſit

ἐν τοσαύταις αὐτὴν ἐπιβουλαῖς γενομένην ἄκουσαν.

ζ΄. Καὶ εὐθὺς ἡ Λευκίππη πρὶν τὸν ἱερέα εἰπεῖν τὸν ἑξῆς λόγον· Ὥς γέ μοι δοκεῖ, μηδὲ εἴπης [1]. ἐγὼ γὰρ ἑτοίμη εἰς τὸ τῆς σύριγγος σπήλαιον εἰσελθεῖν, χωρὶς κλήσεως κατακεκλεῖσθαι. Ἀγαθὰ λέγεις, ὁ ἱερεὺς εἶπεν, καί σοι συνήδομαι ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ τύχης. Τότε μὲν οὖν ἑσπέρας γενομένης, ἕκαστος ἡμῶν ἀπῄει κοιμηθησόμενος, ἔνθα ὁ ἱερεὺς παρεσκεύασεν. ὁ Κλεινίας δὲ οὐκ ἦν ἡμῖν συνδειπνῶν· ὡς ἂν μὴ φορτικοὶ δοκοίημεν εἶναι τῷ ξενοδόχῳ· ἀλλ᾽ ἔνθα καὶ τὴν

eam vel invitam pertulisse, cui toties in insidiatorum manus devenire contigit.

VII. Tum Leucippe, antequam coeptum sermonem sacerdos finiret: Atqui quod ad me, inquit, attinet, ne sollicitus sis: ego enim fistulae antrum promte ingrediar, atque illud nullo adiutore concludetur. Est id mihi, inquit sacerdos, periucundum: tuamque tibi continentiam & felicitatem gratulor. Sed cum iam advesperasset, nostrûm unusquisque, ubi sacerdos praescripserat, cubitum abiit. Clinia nobiscum haudquaquam coenaverat, hospiti enim oneri esse nolebamus; sed eo se receperat, ubi pri-

1 Ὥς γέ μοι δοκεῖ, μηδὲ εἴπης) Ita omnes libri. Haud scio, quam lectionem secutus sit interpres, qui vertit: *Quod ad me attinet, ne sollicitus sis.* An legit, μὴ δέῃς; *Ne timeas?* Ita videtur. Sed neque haec scriptura, neque mens auctoris germana. Priusquam sermonem absolvisset sacerdos de Leucippe, quae, si forte, in tot casibus & accidentibus, quibus incurrerat, potuit virginitatem non retinuisse videri, quamvis invita, cum additurus esset, ὥς γέ μοι δοκεῖ· & iam fortasse paene verba illa enuntiaverat, εἰ δὲ μὴ, αὐτοὶ γὰρ ἴστε, οἷα εἰκὸς ἐν τοσαύταις αὐτὴν ἐπιβουλαῖς ἄκουσαν, ὥς γέ μοι δοκεῖ· cum, inquam, haec verba dimidiata pronuntiasset, ab ore loquentis ea excipiens, priusquam tota effatus esset, Leucippe respondet, ὥς γέ μοι δοκεῖ, μηδὲ εἴπης. Ne istud, inquit, dixeris, quasi videar tibi invita iacturam virginitatis perpessa, per tot rerum discrimina, quae pertuli: nam parata sum, in speluncam illam descendere, & probationem fistulae experiri, ut scias, me neque invitam virginitate excidisse.

πρόσθεν ἡμέραν, καὶ τὴν τότε. Τὸν μέν τοι Σώστρατον ἑώρων ὑποθορυβηθέντα τῷ τῆς σύριγγος διηγήματι, μὴ ἄρα τὰ τῆς παρθενίας δι' αἰδῶ τὴν πρὸς αὐτὸν ψευδώμεθα. διανεύω δὲ τῇ Λευκίππῃ νεύματι ἀφανεῖ τὸν φόβον τοῦ πατρὸς ἐξελεῖν, ἐπισταμένην οἵῳ δὴ τρόπῳ μάλιστα οἴεται πείσειν. κἀκείνη δὲ ἐδόκει μοι ταὐτὸν ὑποπτεύειν, ὥστε ταχὺ μὲν συνῆκεν. διενοεῖτο δὲ καὶ πρὸ τοῦ παρ' ἐμοῦ νεύματος, ὡς ἂν κοσμιώτατα προσενεχθείη τῷ πιστώματι. Μέλλουσα οὖν πρὸς ὕπνον ἀναχωρεῖν, καὶ ἀσπαζομένη τὸν πατέρα, ἠρέμα πρὸς αὐτόν· Θάρρει, πάτερ, ἔφη, περὶ ἐμοῦ, καὶ πίστευε τοῖς εἰρημένοις. μὰ τὴν γὰρ Ἄρτεμιν, οὐδ' ἕτερος ἡμῶν οὐδὲν ἐψεύσατο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ περὶ τὴν θεωρίαν ἦσαν ὅ τε Σώστρατος καὶ ὁ ἱερεύς, καὶ ηὐτρεπισμέναι ἦσαν αἱ θυσίαι. παρῆν δὲ καὶ ἡ βουλὴ μεθέξουσα τῶν ἱερῶν. εὐφημίαι δὲ ἦσαν εἰς τὴν θεὰν πολλαί. καὶ ὁ Θέρ-

die quoque diverſatus. Ceterum Soſtratus, iis auditis, quae de fiſtula narrata fuerant, ſubvereri nobis viſus eſt, ne verecundia erga ſe noſtra ad mentiendam virginitatem adduceremur. Quamobrem ego puellae clam nutu indicavi, ut illum patri timorem eximeret: quo enim maxime modo id ei perſuaderet, didicerat, idemque & ipſa ſuſpicari mihi viſa fuerat Quid enim meus ille nutus ſibi vellet, ſtatim percepit: ac iam etiam ante, quam ei annuerem, nonnulla excogitaverat, ad perſuadendum quam appoſitiſſima. Cubitum enim itura, patre ſalutato, bonoque animo eſſe iuſſo: Verbis, inquit, pater, noſtris fidem habe: nemo enim noſtrûm, ita me Diana ſervet, ulla in re mentitus eſt. Poſtridie illius diei, cum victimae in promtu eſſent, Soſtratus & ſacerdos ſacris peragendis operam impenderunt. Convenit autem etiam divinae rei particeps futura concio. Deaeque magno cum plauſu acclamatum

σανδρος· ἔτυχε γὰρ καὶ αὐτὸς παρών· προσελθὼν τῷ προέδρῳ· Πρόγραψον εἰς αὔριον, ἔφη, τὰς περὶ ἡμῶν δίκας, ἐπεὶ καὶ τὸν καταγνωσθέντα σοι χθὲς, ἤδη τινὲς ἔλυσαν, καὶ ὁ Σωσθένης ἐστὶν οὐδαμοῦ. Προγέγραπτο μὲν οὖν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἡ δίκη. παρεσκευαζόμεθα δὲ ἡμεῖς μάλα εὐπρεπῶς ἔχοντες.

η΄. Ἡκούσης δὲ τῆς κυρίας, ὁ Θέρσανδρος εἶπεν ὧδε· Οὐκ οἶδα, τίνος ἄρξομαι λόγου καὶ πόθεν, οὐδὲ τίνων κατηγορήσω πρῶτον, καὶ τίνων δεύτερον. τάτε γὰρ τετολμημένα πολλὰ ὑπὸ πολλῶν, καὶ οὐδὲν οὐδενὸς τῷ μεγέθει δεύτερον· πάντα δὲ ἀλλήλων γυμνὰ, καὶ μεθ᾽ ὧν οὐδ᾽ ἂν ἅψωμαι κατηγορῶν. τάτε γὰρ τῆς ψυχῆς κρατούσης, φοβοῦμαι μὴ ἀτελὴς ὁ λόγος μοι γένηται, τῆς τῶν ἄλλων μνήμης τὴν γλῶτταν ἐφ᾽ ἕκαστον ἑλκούσης. ἡ γὰρ εἰς τὸ μήπω λεχθὲν ἔπειξις

est. Therſander autem, aderat enim & ipſe, in praeſidis conſpectum progreſſus: Vadimonium, inquit, nobis in craſtinum differ: quem enim tu heri damnaſti, nonnulli miſſum fecerunt, Soſtheneſque nuſquam invenitur. Itaque factum fuit. Noſque interea, ut vadimonium longe paratiores obiremus, operam dedimus.

VIII. Cuius cum dies tandem adveniſſet, Therſander hunc in modum verba fecit: Quibus utar verbis, undeve initium dicendi ſumam, quos prius, & quos poſterius accuſem, non ſatis ſcio: multa enim, & a multis audacter facta, mihi dicenda ſeſe offerunt, magnitudine inter ſe paria, & manifeſtiora, quam ut hac in accuſatione referri a me debeant. Quamquam ea, quae animus concepit, vereor ut explicare oratione poſſim, aliarum praeſertim rerum memoria linguam ad ſe trahente. Quippe dum ad illa, quae nondum dicta ſunt, oratio feſtinat, fa-

τοῦ λόγου, τὸ ὁλόκληρον τῶν ἤδη λεχθέντων παραιρεῖται. ὅταν μὲν γὰρ φονεύσωσι τοὺς ἀλλοτρίους οἰκέτας οἱ μοιχοὶ, μοιχεύσωσι δὲ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας οἱ φονεῖς, λύουσιν ἡμῖν τὰς θεωρίας οἱ πορνοβοσκοὶ, τὰ δὲ σεμνότατα τῶν ἱερῶν μιαίνουσιν αἱ πόρναι. τὰς ἡμέρας δὲ λογιζόμενος, ἢ ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις [1], τί δράσειέ τις ἔτι, τῆς ἀνομίας ἐμοῦ καὶ μοι-

cultatem eripi mihi ſentio, quo minus res iam ſuſceptas abſolvam. Etenim cum aliorum ſervos adulteri necent, alienas coniuges ſicarii violent, damnatos a ſuppliciis lenones eripiant, ſanctiſſima Deorum templa meretrices profanent, ſint etiam, qui ancillis heriſque diem dicant; quae

1 Τὰς ἡμέρας δὲ λογιζόμενος, ἢ ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις) Haec nullus intelligo. Nec omnino interpres, qui ſic reddidit: *Sint etiam, qui ancillis heriſque diem dicant, quae adulteria, quae ſacrilegia, quas caedes, quae denique flagitia non ſibi licere quivis exiſtimet.* Non melius, haec Latina quid velint, percipio, quam Graeca. Illud tamen ſcio, Graecorum ſenſum Latinis iſtis non exprimi. Sic enim habent: τὰς ἡμέρας δὲ λογιζόμενος, ἢ ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις, τί δράσειέ τις ἔτι, τῆς ἀνομίας ἐμοῦ, καὶ μοιχείας, καὶ ἀσεβείας, καὶ μιαιφονίας, κέκερασμένης. Haec corruptiſſima videntur. Nec enim quaeſtio eſt de die dicta ſervis aut ancillis, neque, ſi eſſet, ex verbis, ut poſita ſunt, ea mens eliceretur. Certum eſt quidem, ad illud reſpici, quod ſupra dictum eſt de templo Dianae, cuius ingreſſus ſolis virginibus aſylum petentibus dabatur, & ſolis viris. Mulier vero ſi quae eſſet ingreſſa ad hoc, poena mortis eam manebat, niſi ſi ancilla violentiae domini vitandae eo confugiſſet. Tum magiſtratus inter illam & dominum iudicabat. Si iniuriam feciſſe convictus eſſet herus ancillae ſuae, Deae ipſi ancilla illa adiudicabatur, nec hero reddebatur. Si inſons herus eſſet pronuntiatus, recipiebat ancillam, dato iureiurando, illius perfugii, quod ancilla expetiſſet, memorem ſe non eſſe futurum. Videndum igitur, quomodo ſint conſtituenda huius loci verba, quae ſine dubio eo alludunt. Putarem ſcriptum eſſe ab auctore: τὰ ἡμέτερα δὲ λογιζόμενος ἐν ταῖς δούλαις καὶ τοῖς δεσπόταις, τί δράσειέ τις ἔτι, τῆς ἀνομίας ὁμοῦ καὶ μοιχείας, καὶ ἀσεβείας, καὶ μιαιφονίας, κεκερασμένης. De Diis prius dixit, & quae ad eos, & eorum ſacra pertinent, violatas eſſe templorum religiones ac ſacrorum legationes. Deinde addit: quod ad noſtra attinet, quae ancillas dominoſque ſpectant, dum ea reputo, quis quid amplius ſuper ea re agere velit, aut facere, ubi iniuſtitia, adulterium, impietas, & homicidium ſimul miſceantur? Minima mutatione locum, ut puto, depravatiſſimum ſanavimus.

χείας, καὶ ἀσεβείας, καὶ μιαιφονίας κεκερασμένης. Κατεγνώκατέ τινος θάνατον· ἐφ᾽ αἷς δή ποτ᾽ οὖν αἰτίαις; οὐδὲν γὰρ διαφέρει· καὶ δεδεμένον εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπεστείλατε, φυλαχθησόμενον τῇ καταδίκῃ· οὗτος δὲ παρέστηκεν ὑμῖν, ἀντὶ τῶν δεσμῶν λευκὴν ἠμφιεσμένος στολὴν, καὶ ἐν τῇ τάξει τῶν ἐλευθέρων ἕστηκεν ὁ δεσμώτης. τάχα δὲ καὶ τολμήσει καὶ φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ ἐπιρητορεῦσαί τι κατ᾽ ἐμοῦ, μᾶλλον δὲ καθ᾽ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας ψήφου. Λέγε δὲ ὧδε τῶν προέδρων καὶ συμβούλων τὸ δόγμα. ἀκούετε καθάπερ ἐψηφίσασθε, καὶ τὴν περὶ τούτου μοι γραφήν. Ἔδοξεν ἀποθνήσκειν Κλειτοφῶντα. Ποῦ τοίνυν ὁ δήμιος; ἀπαγέτω τοῦτον λαβών. δὸς ἤδη τὸ κώνειον. ἤδη τέθνηκε τοῖς νόμοις, καταδικός ἐστιν ὑπερήμερος. Τί λέγεις, ὦ σεμνότατε καὶ κοσμιώτατε ἱερεῦ; ἐν ποίοις ἱεροῖς

adulteria, quae facrilegia, quas caedes, quae denique flagitia non fibi licere quivis exiftimet? Unum, quaefo, aliquem vos quavis de caufa, quafi nihil referret, capitis damnaftis, atque in cuftodiam fupplicio fervatum dari iusfiftis, ut is demum candida pro vinculis ftola circumdatus, veftrum in confpectum veniret, & inter liberorum hominum ordines reus federet. Quid? quod vocem forfan etiam emittere, ac verba contra me, aut potius contra vos, fanctionefque veftras facere audebit? *Recita praefidum confiliariorumque decretum.* Auditifne, quam de ifto fententiam, me accufatore, tuliftis? Decretum quidem certe femel a vobis eft, Clitophontem morte mulctandum effe. Ubinam igitur, lictor, es? Quin hunc fublimem raptum abducis? Quin ei venenum praebes? Iam enim, quod ad leges attinet, mortuus eft, fuppliciique abiit dies. Quid vero ais tu, religiofiffime atque ornatiffime antiftes? Qua-

